



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XLVI. De paßione Christi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)



est, quia sicut Lucas dicit, Loquebantur cum eo de excessu, quem completurus erat in Hierusalem. i. de passione & morte sua. & ideo ut super hoc discipulorum animos confirmaret, inducit eos in medium qui se morti exposuerunt pro Deo. Nam Moyses qui se morti exposuerunt pro Deo. Nam Moyses cum periculo mortis se obtulit Pharaoni: Helias uero regi Achab. Quinta ratio est, quia uolebat ut discipuli sui emularentur Moysi mansuetudinem, & zelum Heliae. Sex tam rationem addit Hilar. \* ut ostendat scilicet se per legem quam dedit Moyses, & per Prophetas, inter quos fuit Helias praecipuus, esse praedicatum.

AD QVARTVM dicendum, quod mysteria non sunt omnibus exponenda immediate: sed per maiores suo tempore ad alios debent deuenire. & ideo, ut Chrysostomus dicit, assumpsit tres tamquam potiores. Nam Petrus excellens fuit in dilectione, quam habuit ad Christum, & iterum in potestate sibi commissa. Ioan. uero in priuilegio amoris, quo a Christo diligebatur propter suam uirginitatem, & iterum propter prerogatiuam euangelicam doctrinae: Iacobus autem propter prerogatiuam martyrii. & tamen hos ipsos noluit hoc quod uiderant, aliis annuntiare ante resurrectionem, ne (ut Hieron. \* dicit) & incredibile esset pro rei magnitudine, & post tantam gloriam, sequens crux scandalum faceret, uel etiam totaliter impediretur a populo, & ut cum essent Spiritu sancto repleti, tunc gestorum spiritualium testes essent.

ARTICVLVS IIII.

*Vtrum conuenienter auditum fuerit testimonium paterne uocis in transfiguratione.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod inconuenienter auditum fuerit testimonium paterne uocis dicentis. Hic est filius meus dilectus: quia, ut dicitur Iob. 33. semel loquitur Deus, & secundo id ipsum non repetit: sed in baptismo hoc ipsum paterna uox fuerat protestata. non ergo fuit conueniens, quod hoc iterum protestaretur in transfiguratione.

¶ 2 Præ. In baptismo simul cum uoce paterna affuit Spiritus sanctus in specie columbe, quod in transfiguratione factum non fuit. Non ergo conueniens uidetur fuisse Patris protestatio.

¶ 3 Præ. Christus docere incepit post baptismum, & tamen in baptismo uox patris ad eum audiedum homines non induxerat. ergo nec in transfiguratione inducere debuit.

¶ 4 Præ. Non debent aliquibus dici ea, quae ferre non possunt, secundum illud Ioan. 16. Adhuc habeo uobis multa dicere, quae non potestis portare modo: sed discipuli uocem patris ferre non poterant: dicitur enim Matth. 17. ¶ Audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt ualde, ergo non debuit uox paterna ad eos fieri.

IN CONTRARIVM est, auctoritas Euangelicae scripturae.

RESPON. Dicendum, quod adoptio filiorum Dei est per quandam conformitatem imaginis ad filium Dei naturalem. Quod quidem fit dupliciter. primo fit per gratiam uic, quae est conformitas imperfecta. Secundo, per gloriam patriam, quae erit conformitas perfecta, secundum illud 1. Ioan. 3. Nunc filii Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Quia igitur gratiam per baptismum consequimur, in transfiguratione autem praemonstrata est claritas futurae gloriae, ideo tam in baptismo, quam in transfiguratione conueniens fuit manifestari naturalem Christi filiationem testimonio patris, quia solus est perfecte concilius illius perfectae generationis simul cum Filio, & Spiritu sancto.

AD PRIMVM ergo dicendum quod illud uerbum referendum est ad aeternam Dei locutionem, qua Deus pater uerbum unicum protulit sibi coaeternum. Et tamen potest dici, quod licet idem corporali uoce Deus protulerit, non tamen propter idem, sed ad ostendendum diuersum modum, quod homines participare possunt similitudinem filiationis aeternae.

AD SECVNDVM dicendum, quod sicut in baptismo ubi declaratum fuit mysterium primae regenerationis. ostensa est operatio totius Trinitatis per hoc, quod fuit ibi filius incarnatus, apparuit Spiritus sanctus in specie columbae, & Pater fuit ibi declaratus in uoce, ita et in transfiguratione, quae est sacramentum secundae regenerationis, tota Trinitas apparuit, Pater in uoce, Filius in homine, Spiritus sanctus in nube clara: quae sicut in baptismo dat innocentiam, quae per simplicitatem columbae designatur, ita in resurrectione dabit electis suis claritatem gloriae, & refrigerium ab omni maloque designatur in nube lucida.

AD TERTIVM dicendum, quod Christus uenerat gratiam actualiter dare: gloriam uero promittere uerbo. Et ideo conuenienter in transfiguratione inducuntur homines, ut ipsum audiant, non autem in baptismo.

AD QVARTVM dicendum, quod conueniens fuit discipulos uoce paterna terreri & prosterni, ut ostenderetur quod excellentia illius gloriae, quae tunc demonstrabatur, excedit omnem sensum & facultatem mortalium, secundum illud Exodi trigessimotertio. Non uidebit me homo, & uiuet. Et hoc est quod Hieronymus \* dicit super Matthaeum quod humana fragilitas conspectum maioris gloriae ferre non sustinet. Ab hac autem fragilitate sanantur homines per Christum, eos in gloriam adducendo, quod significatur, per hoc quod dixit eis, Surgite, nolite timere.

QVAESTIO XLVI.

Quinta pars principalis.

DE PASSIONE CHRISTI IN DUODECIM ARTICULOS DIUISA.



CONSEQUENTER confiderandum est de his, quae pertinent ad exitum Christi de mundo. Et primo, de passione eius: secundo, de morte: tertio de sepultura: quarto, de descensu ad inferos.

¶ Circa passionem occurrit triplex consideratio. Prima, de ipsa passione. Secunda, de ea efficiente passione. Tertia, de fructu passionis.

Consequenter &c. Hic incipit tractatus quintus, de exitu Christi ex hoc mundo.

Super quaestione 46. Articulus primus.

Titulus ut sonat sumatur, quoniam in corpore articuli distinguitur. In corpore distinctio una ponitur cum tribus

Hom. 17. in Mat. 17. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Super illud Mat. 17. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

In corpore unica conclusio. Conuenienter testimonium naturalis Christi filiationis, paterna uoce auditum est in transfiguratione, sicut & in baptismo. Probatur: Adoptio filiorum Dei est per conformitatem imaginis diuinae ad naturalem filium, & hoc uel secundum gratiam, uel gloriam. ergo conueniens fuit testimonium naturalis filiationis Christi &c.

Super illud Mat. 17. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Hom. 17. in Mat. 17. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.



tribus conclusionib<sup>9</sup>.  
 Distinctio est de ne-  
 cessario dupliciter ;  
 vel simpliciter, vel ex  
 trinfeco, & hoc, uel  
 coactionis, uel suppo-  
 sitionis: & hoc, uel  
 sine quo non, uel no-  
 ita bene. Vbi uidet,  
 quod membra princi-  
 palia distinctionis sunt  
 tria. scilicet necessarium se-  
 cundum se, uel coac-  
 tionis uel suppo-  
 sitionis. Si tamen ulti-  
 mum membrum sub-  
 diuidatur, erunt qua-  
 tuor numero duos  
 modos necessarii ex  
 suppositione, scilicet,  
 uel quia sine ipso no-  
 potest perueniri ad  
 finem, uel nauigatio  
 est necessaria ad per-  
 ueniendum in insula,  
 uel sine quo non ia-  
 bene, uel equitare est  
 necessarium ad eun-  
 dum ex Bononia Ro-  
 mam, ad quam minus  
 bene pedes possent q<sup>9</sup>  
 ire. In litera omnes  
 isti modi tanguntur  
 distinguendo, sed co-  
 clusiones ponendo  
 tria tantum princi-  
 palia membra confide-  
 rantur, quia, ut pate-  
 bit, sequentibus arti-  
 culis referat<sup>9</sup> discus-  
 sio subdistinctorum  
 modorum, ad presen-  
 tem applicata mate-  
 riam. Ponuntur ergo  
 in littera iuxta tria pri-  
 cipalia distinctionis  
 membra predicta  
 tres conclusiones. Pri-  
 ma est, Christum pati  
 non fuit necessarium  
 absolute. Probaturq<sup>9</sup>  
 statim, quia ta ex par-  
 te Dei quam ex parte  
 hominis possibile fuit  
 alter se habere. Secun-  
 da conclusio est: Chri-  
 stum pati, non fuit ne-  
 cessarium necessitate  
 coactionis. Probatur,  
 quia Deus qui defini-  
 uit Christum pati, no-  
 pot cogi, & ipse Chri-  
 stus qui passus est, uo-  
 luntarie passus est, ob-  
 latus est enim quia  
 uoluit. Tertia conclu-  
 sio est, Christum pa-  
 ti, fuit necessarium ne-  
 cessitate suppositio-  
 nis. Probatur & ex par-  
 te nostri, ut habeam<sup>9</sup>  
 uitam aeternam Ioan-  
 nis tertio, et ex parte  
 Christi, ut intraret in  
 gloriam suam Lucæ  
 ultimo, & ex parte  
 Dei, ut impleteretur de-  
 finitio eius, Lucæ ul-  
 timo secundo & ul-  
 timo. Omnia sunt cla-  
 ra.

2. di. 3. ar. 1.  
 q. 3. & art. 4.  
 q. 1. & op. 2.  
 q. 1.

CIRCA primum queruntur  
 duodecim.  
 ¶ Primo, Vtrum necesse fuerit Chri-  
 stum pati pro liberatione homi-  
 num.  
 ¶ Secundo, Vtrum fuerit alius mo-  
 dus possibilis liberationis huma-  
 nae.  
 Tertio, vtrum ille modus fuerit  
 conuenientior.  
 ¶ Quarto, Vtrum fuerit conue-  
 niens quod in cruce pateretur.  
 ¶ Quinto, De generalitate passio-  
 nis eius.  
 ¶ Sexto, vtrum dolor, quē in pas-  
 sione sustinuit, fuerit maximus.  
 ¶ Septimo, vtrum tota anima e-  
 ius pateretur.  
 ¶ Octauo, vtrum passio eius im-  
 pedierit gaudium fructuionis.  
 ¶ Nono, De tempore passionis.  
 ¶ Decimo, De loco.  
 ¶ Undecimo, vtrum conueniens  
 fuerit, ipsum cum latronibus cru-  
 cifigi.  
 ¶ Duodecimo, vtrum passio ip-  
 sius Christi sit diuinitati attribuē-  
 da.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fuerit necessarium Christum pa-  
 ti pro liberatione humani generis.

AD PRIMVM sic proceditur. Vi-  
 detur, quod non fuerit neces-  
 sarium Christum pati pro huma-  
 ni generis liberatione. Humanū  
 enim genus liberari non poterat  
 nisi a Deo, secundum illud Isa. 45.  
 Numquid non ego Dominus, &  
 non est ultra Deus absq<sup>9</sup> me Deus  
 iustus & saluans non est præter  
 me: in Deo autem non cadit ali-  
 qua necessitas, quia hoc repugna-  
 ret omnipotentia ipsius, ergo non  
 fuit necessarium Christum pati.  
 ¶ 2. Præter. Necessarium uolunta-  
 rio opponitur: sed Christus prop-  
 ria uoluntate est passus, dicitur  
 enim Isa. 53. Oblatus est, quia ipse  
 uoluit. non ergo necessarium fuit  
 cum pati.  
 ¶ 3. Præter. Sicut in Psal. 24. dicitur,  
 vniuersę uie Domini misericor-  
 dia & ueritas: sed non uidetur ne-  
 cessarium, quod pateretur ex par-  
 te misericordie diuinę, quæ sicut  
 gratis dona tribuit, ita uidetur qd  
 gratis debita relaxet absq<sup>9</sup> satisfac-  
 tione: neque et ex parte diuinę  
 iustitię, secundum quam homo  
 aeternam dānationem meruerat.  
 ergo uidetur non fuisse necessariū  
 qd Christus pro liberatione homi-  
 num pateretur.

¶ 4. Præter. Angelica natura est excellentior, quam  
 humana, ut patet per Dionysii. \* 4. cap. de diuin. no-  
 sed pro reparatione angelicę nature, quæ peccauit,  
 Christus non est passus, ergo uidetur quod nec  
 etiam fuerit necessarium, cum pati pro salute hu-  
 mani generis.

SED CONTRA est, quod dicit Ioan. 3. Sicut Moyses e-  
 xaltauit serpentem in deserto, sic oportet exaltari Fi-  
 lium hoīs, ut omnis qui credit in eum, non pereat,  
 sed habeat uitam aeternam: quod quidem de exal-  
 tatione in cruce intelligitur. ergo uidetur qd Chri-  
 stum oportuerit pati.

RESPON. Dicendum, quod (sicut Phil. docet in  
 5. Meta. \* necessarium multipliciter dicitur. Vno  
 quidem modo, quod secundum sui naturam im-  
 possibile est aliter se habere, & sic manifestum est,  
 quod non fuit necessarium Christum pati, neque  
 ex parte Dei, neque ex parte hominis. Alio modo,  
 dicitur aliquid necessarium ex aliquo exteriori:  
 quod quidem si sit causa efficiens uel mouens, facit  
 necessitatem coactionis, ut pote, cum aliquis non po-  
 test ire propter uolentiam detinentis ipsum. Si ve-  
 rò illud exterius, quod necessitatem inducit, sit fi-  
 nis, dicitur aliquid necessarium ex suppositione fi-  
 nis, quando. scilicet finis aliquis, aut nullo modo potest  
 eise, aut non potest esse conuenienter, nisi tali sine  
 præsupposito. non ergo fuit necessarium Christum  
 pati necessitate coactionis, neque ex parte Dei, qui  
 Christum definiuit pati. neque etiam ex parte ipsius  
 Christi, qui uoluntarie passus est. Fuit autem neces-  
 sarium necessitate finis, qui quidem potest triplici-  
 ter intelligi. Primo quidem, ex parte nostra, qui per  
 eius passionem liberati sumus, secundum illud Ioā.  
 3. Oportet exaltari filium hominis, ut omnis qui cre-  
 dit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternam.  
 Secundo, ex parte ipsius Christi, qui per humilitatē  
 passionis meruit gloriam exaltationis. Et hoc per  
 tinet quod dicitur Lucæ ult. Nonne oportuit Chri-  
 stum pati, & sic intrare in gloriam suam? Tertio, ex  
 parte Dei, cuius definitionem circa passionem Chri-  
 sti prænuuntiam in scripturis, & præfiguram in  
 obseruantia ueteris testamenti, oportebat impleri.  
 & hoc est quod dicitur Lucæ 22. Filius hominis,  
 secundum quod definitum est, uadit. Et Luc. ultim.  
 Hæc sunt uerba quæ locutus sum ad uos, cum ad-  
 hac essem uobiscum, quoniam necesse est impleri  
 omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & proph-  
 etis & psalmis de me: \* quoniam sic scriptum est,  
 & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mor-  
 tuis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa pro-  
 cedit de necessitate coactionis ex parte Dei.  
 AD SECUNDVM dicendum, quod ratio illa pro-  
 cedit de necessitate coactionis ex parte hominis  
 Christi.  
 AD TERTIVM dicendum, quod hominem libe-  
 rari per passionem Christi, conueniens fuit & miseri-  
 cordia & iustitię eius. Iustitię quidem, quia per pas-  
 sionem suam Christus satisfecit pro peccato huma-  
 ni generis, & ita homo per iustitiam Christi libera-  
 tus est. Misericordie uerò, quia cum homo per sa-  
 tisfacere non posset pro peccato totius humanę na-  
 turæ, ut supra habitum est, Deus ei satisfactorem  
 dedit filium suum, secundum illud Roman. 3. Iusti-  
 ficati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem,  
 quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propi-  
 tiorum per fidem in sanguine ipsius, & hoc fuit  
 abundantioris misericordie, quam si peccata abs-  
 que satisfactione dimisisset. Vnde dicitur Ephesio. 2.  
 Deus

Alia. & et  
 scriptum  
 quod oportet  
 bar. &c.



Super quæstionis quadragesimæ articulum secundum.

Titulus statim affertur quæstionem: quia videtur præpõterus ordo: nam prius erat querendum, si erat alius modus possibilis: postea querenda erat necessitas alterius eorum. Post necessitatem siquidem conclusam unius modi, quid ad artem de alio modo possibilibus.

Ad hoc dicitur, quod si possibile absolute sit communis ac prius necessario, & propterea querenda prius esset possibile: quæ necessitas absolute: possibile tamen, ut medium ad finem non est prius necessario ad finem.

Ad hoc dicitur, quod si possibile absolute sit communis ac prius necessario, & propterea querenda prius esset possibile: quæ necessitas absolute: possibile tamen, ut medium ad finem non est prius necessario ad finem.

Ad hoc dicitur, quod si possibile absolute sit communis ac prius necessario, & propterea querenda prius esset possibile: quæ necessitas absolute: possibile tamen, ut medium ad finem non est prius necessario ad finem.

Ad hoc dicitur, quod si possibile absolute sit communis ac prius necessario, & propterea querenda prius esset possibile: quæ necessitas absolute: possibile tamen, ut medium ad finem non est prius necessario ad finem.

Ad hoc dicitur, quod si possibile absolute sit communis ac prius necessario, & propterea querenda prius esset possibile: quæ necessitas absolute: possibile tamen, ut medium ad finem non est prius necessario ad finem.

Ad hoc dicitur, quod si possibile absolute sit communis ac prius necessario, & propterea querenda prius esset possibile: quæ necessitas absolute: possibile tamen, ut medium ad finem non est prius necessario ad finem.

Deus, qui diues est in misericordia, pp nimiam charitatem, quæ dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo.

AD QVARTVM dicendum, quod peccatum angeli non fuit remediale sicut peccatum hominis, ut ex supradictis in 1. parte patet.

ARTICVLVS II.

Vtrum fuerit possibilis alius modus liberationis humane, quam per passionem Christi.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur, quod non fuerit possibilis alius modus liberationis humane, quam per passionem Christi. Dicitur enim dominus Io 12. Ni si granum sumentis cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum afferit. ubi dicit Aug. quod seipsum granum dicebat, nisi ergo mortem passus esset, aliter fructum nostre liberationis non fecisset.

¶ 2 Præ. Matth. 26. dominus dicit ad Patrem, Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illud, fiat uoluntas tua: loquitur autem ibi de calice passionis. ergo passio Christi præteriri non poterat. unde & Hila. dicit, ideo calix transire non potest nisi illi bibat, quæ reparari nisi ex eius passione non possumus.

¶ 3 Præ. Iustitia Dei exigitur, ut homo a peccato liberaretur, Christo per passionem satisfaciendo: sed Christus suam iustitiam non potest præterire: dicit enim 2. ad Tim. 2. Si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest: seipsum autem negare, si iustitiam suam negaret, cum ipse sit iustitia. ergo uidetur quod non fuerit possibile alio modo hominem liberari, quam per passionem Christi.

¶ 4 Præ. Fidei non potest subesse falsum: sed antiqui patres crediderunt Christum passurum. ergo uis, quod non potuerit esse, quoniam Christus pateretur.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit 13. de Trin. Modum, quo nos per mediatorē Dei & hominū, hominem Christum Iesum, Deo liberare dignatur, asserimus bonum & diuinæ congruum dignitati: uerum etiam ostendimus, non alium modum possibilem Deo defuisse, cuius potestati cuncta æqualiter subiacent.

RESPON. Dicendum, quod aliquid potest dici possibile uel impossibile dupliciter, uno modo simpliciter, & absolute: alio modo ex suppositione. Simpliciter

igitur & absolute loquendo, possibile fuit Deo alio modo hominem liberare, quam per passionem Christi, quæ non est impossibile apud Deum omne uerbum, ut dicitur Luc. 1. Sed ex aliqua suppositione facta, fuit impossibile: quia enim impossibile est Dei præscientiam falli, & eius uoluntatem seu dispositionem cassari, supposita præscientia & præordinatione Dei de passione Christi, non erat simul possibile Christum non pati, uel hominem alio modo, quam per eius passionem liberari: & est eadem ratio de omnibus his quæ sunt præscita, & præordinata a Deo, ut in Prima parte habitum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod dominus ibi loquitur, supposita præscientia & præordinatione Dei, secundum quæ erat ordinatum, ut fructus humane salutis non sequeretur, nisi Christo patiente. & similiter intelligendum est, quod secundo obicitur, Si non potest hic calix transire nisi bibam illum. si per hoc, quod tu ita disposuisti, unde subdit, Fiat uoluntas tua.

AD TERTIVM dicendum, quod hæc etiam iniustitia dependet ex uoluntate diuina, ab humano genere satisfactionem exigente peccato. nam si uoluisset absque omni satisfactione hominem a peccato liberare, contra iustitiam non fecisset: ille enim iudex non potest salua iniustitia culpam sine pena dimittere, qui habet punire culpam in alio commissa, puta, uel in alium hominem, uel in tota re publica, siue in superiorem principem: sed Deus non habet aliquem superiorem, sed ipse est supremus & commune bonum totius uniuersi. & ideo si dimittat peccatum, quod habet rationem culpæ, ex eo quod contra ipsum committitur, nulli facit iniuriam: sicut qui cumque homo remittit offensam in se commissam absque satisfactione, misericorditer, & non iniuste agit. & ideo David misericordiam petens dicebat, tibi soli peccaui, quasi dicat potes sine iniustitia mihi dimittere.

AD QVARTVM dicendum, quod fides humana, & est scripturæ diuinæ, quibus fides instruitur, innuntur præscientiæ & præordinationi diuinæ. & ideo eadem ratio est de necessitate, quæ puenit ex suppositione eorum, & de necessitate, quæ puenit ex præscientia & uoluntate diuina.

ARTICVLVS III.

Vtrum fuerit aliquis modus conuenientior ad liberationem humane generis, quam per passionem Christi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod alius modus con-

uenientior ad liberationem humane generis, quam per passionem Christi fuerit ad salutem nostram necessaria: secundo, quomodo necessaria, an scilicet sine qua non potuisset haberi libertas humana. Et quoniam in hoc articulo concluditur quod passio Christi non est sic necessaria (quonia potuit alio modo humanum genus liberari) ideo consequenter in tertio articulo quaeritur, an passio Christi fuerit conuenientius medium ad libertatem humanam, quam aliquis alius modus possibilis.

In corpore articuli est una distinctio bi membris cum duabus conclusionibus, iuxta duo membra. Distinctio est: Possibile uel impossibile dupliciter, uel absolute, uel ex suppositione. Prima conclusio est: Alio modo quam per passionem Christi hominem liberari fuit possibile simpliciter. Probatur: quia non est impossibile apud Deum omne uerbum. Secunda conclusio est: Alio modo, quam per passionem Christi, hominem liberari, fuit impossibile supposita præscientia & definitione Dei facta. Probatur, quia impossibile est definitionem & præscientiam Dei falli.

Super quæst. 46. articulum tertium.

Titulus monstrat euacuatam iam esse distinctionem factam in primo articulo de necessario. Nam illorum duorum modorum ibi indistinctorum (necessarii sine quo nullo modo potest haberi finis, & sine quo non ita conuenienter) primum in secundo articulo discussum est, ut patuit in illo: reliquum autem in presenti articulo discutitur. Comparatur siquidem in hoc titulo passio Christi ad quodcunque aliud medium possibile per libertatem humanam, secundum conuenientiam, an scilicet, ipsa passio Christi

D. 490.

p. q. 14. ar. 2. q. 2.

p. q. 14. ar. 2. q. 2.

3. di. 8. ar. 4. q. 3. co. & di. 10. ar. 4. q. 2. & quæ. 1. ar. 2.



Christi sit convenientius medium, quam alia. Ex quo enim conclusum fuit, quod non est medium necessarium sine quo non, oportebat discutere, an sit medium necessarium propter melius, quod nunc fit. Et scio, quod quemadmodum articulus secundus motus est simpliciter & absolute de medio alio possibile ad talem finem, & non praesupposita definitione Dei de medio hoc, scilicet passionis Christi: & propterea responsum est cum distinctione: ita hic quoque inter media ad talem finem, quae sunt per violentiam, quae sunt per violentiam: quia violentia est quadam excisio seu casus ab eo, quod est secundum naturam, ut dicitur in lib. 3. de celo: \* sed passio Christi mortem violentam induxit, ergo convenientius fuisset, ut Christus naturali morte moriendo, hominem liberaret, quam quod pateretur.

Ex li. 2. tex. 18. tom. 3.

¶ 2 Præ. Ea, quae sunt per naturam, convenientius sunt quam ea quae sunt per violentiam: quia violentia est quadam excisio seu casus ab eo, quod est secundum naturam, ut dicitur in lib. 3. de celo: \* sed passio Christi mortem violentam induxit, ergo convenientius fuisset, ut Christus naturali morte moriendo, hominem liberaret, quam quod pateretur.

¶ 3 Præ. Convenientissimum videtur, quod ille qui violenter & iniuste detinet aliquid, per superioris potentiam spoliatur. unde Isa. 52. dicitur: Gratis venundati estis, & sine argento redimemini: sed diabolus nullum in hōie habebat, quem per fraudem deceperat, & per quamdam violentiam seruituti subiectum detinebat, ergo videtur convenientissimum fuisse, quod Christus diabolum per solam potentiam spoliaret absque sua passione.

Lib. 13. c. 16. paulo post prin. tom. 3.

¶ In corpore vnica conclusio. Modus liberationis humanae per passionem Christi est convenientior, quam per solam Dei voluntatem. Probat. Tantò modus aliquis est convenientior, quantò per ipsum plura concurrunt expedientia ad finem illum: sed per modum istum multa concurrunt, quae non concurrerent, si per solam Dei voluntatem liberaremur. ergo. Probat. minor ex quinque claris in litera.

¶ Vbi nota quod alij modi liberationis humanae, aut essent per creaturam aliquam, aut per solam Dei voluntatem. Et siquidē per aliquam creaturam media liberaremur, clare, & euidenter constat, quod remotius fuisset medium ab efficacia perducendi ad finem, quam passio Christi, quoniam est passio suppositi diuini efficacissimi ad omnia: & quia hoc erat per se euidenter, derelictum est ab Au

uenientior fuisset liberationis humanae, quam per passionem Christi. Natura enim in sua operatione imitatur opus diuinum, utpote a Deo mota & regulata: sed natura non facit per duo, quod per vnum potest facere. Cū ergo Deus poruerit hominem liberare sola propria voluntate, non videtur convenientius fuisse, quod ad liberationem humani generis Christi passio adderetur.

¶ 2 Præ. Ea, quae sunt per naturam, convenientius sunt quam ea quae sunt per violentiam: quia violentia est quadam excisio seu casus ab eo, quod est secundum naturam, ut dicitur in lib. 3. de celo: \* sed passio Christi mortem violentam induxit, ergo convenientius fuisset, ut Christus naturali morte moriendo, hominem liberaret, quam quod pateretur.

¶ 3 Præ. Convenientissimum videtur, quod ille qui violenter & iniuste detinet aliquid, per superioris potentiam spoliatur. unde Isa. 52. dicitur: Gratis venundati estis, & sine argento redimemini: sed diabolus nullum in hōie habebat, quem per fraudem deceperat, & per quamdam violentiam seruituti subiectum detinebat, ergo videtur convenientissimum fuisse, quod Christus diabolum per solam potentiam spoliaret absque sua passione.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit 13. de Trini. Sananda nostrae miseriae conuenientior modus alius non fuit, quam per Christi passionem.

RESPON. Dicendum, quod tantò aliquis modus convenientior est ad assequendum finem, quantò per ipsum plura concurrunt, quae sunt expedientia fini. Per hoc autem, quod homo per Christi passionem est liberatus, multa concurrerunt ad salutem hominis pertinentia praeter liberationem a peccato. Primò enim per hoc homo cognoscit, quatum Deus hominem diligit, & per hoc prouocatur ad eum diligendum, in quo perfectio humanae salutis consistit: unde Apostolus dicit Ro. 5. Commendat suam charitatem Deus in nobis, quoniam cum inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Secundò, quia per hoc dedit nobis exemplum obedientiae, humilitatis, constantiae, iustitiae, & ceterarum virtutum in passione Christi ostensarum, quae sunt necessariae ad humanam salutem. Vnde dicitur 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. Tertio, quia Christus per passionem suam non solum

hominem a peccato liberauit, sed etiam gratiam iustificationis, & gloriam beatitudinis ei promeruit, ut infra dicitur. \* Quarto, quia per hoc est homini inducta maior necessitas, se in munem a peccato conseruandi, qui se sanguine Christi redemptum cogitat a peccato, secundum illud 1. Corinth. 6. Empti enim estis pretio magno: glorificate & portate Deum in corpore uestro. Quintò, quia hoc ad maiorem dignitatem hois cessit, ut sicut homo uictus fuerat & deceptus a diabolo, ita etiam homo esset qui diabolum uinceret: & sicut homo mortem meruit, ita homo moriendo, mortem superaret, unde dicitur 1. ad Corinth. 15. Deo gratias, qui dedit nobis uictoriam per Iesum Christum: & ideo convenientius fuit, quod per passionem Christi liberaremur, quam per solam Dei uoluntatem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod natura etiam ut aliquid faciat, plura ad unum assumit, sicut duos oculos ad uidentium. & idem patet in alijs.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut Chryso. dicit, Christus non sui mortem, quam non habebat, cum sit uita: sed hominum mortem uenerat consumpturus. Unde non propria morte corpus de posuit, sed ab hominibus illatam sustinuit: sed etsi agrorauisset corpus eius, & in conspectu omnium solueretur, inconueniens erat eum, qui sanaret aliorum languores, habere proprium corpus affectum languoribus: sed & si abique morte corpus alicubi seorsum de posuisset, ac deinde se offerret, non crederetur ei de resurrectione differenti. Quomodo enim pateret Christi in morte uictoria, nisi coram omnibus eum patiens, per incorruptionem corporis, probasset extinctam.

AD TERTIUM dicendum, quod licet diabolus iniuste inuaserit hominem, tamen homo propter peccatum, iuste erat sub seruitute diaboli derelictus a Deo. & ideo conueniens fuit, ut per iustitiam homo a seruitute diaboli liberaretur, Christo satisfaciente pro ipso per suam passionem. Fuit etiam hoc conueniens ad uincendam superbiam diaboli, qui est desertor iustitiae, & amator potentiae, ut Christus diabolum uinceret, & hominem liberaret, non per solam potentiam deitatis, sed etiam per iustitiam, & humilitatem

ore. Si uero esse per solam Dei uoluntatem, expectatus quod dem fuisset, utpote sola uoluntate Dei concurrente, sed non suauis, & torque bonis fultus fuisset modus liberandi hominem, ut patet ex tot bonis in litera positis. Et propterea Augustinus comparauit modum passionis Christi ad modum ex sola Dei uoluntate, tanquam praeferebat ali-quid difficultatis.

¶ Circa rationes reditas in litera maioris conuenientiae ad liberandum genus humanum per Christi passionem, aduerte, quod ad duo capita primariae uincit se reduci uidentur, uel ad suauitatem dispositionis, uel ad humanam dignitatem. Nam duci nos in salutem ex commendata Dei charitate, & exemplo Christi & merito, & praetiositate & humilitate, ad suam spectat dispositionem nostrae consequendae salutis: quod autem homo seipsum saluet, redimat, pro se pugnet, mereatur, uincat, satisfaciatur, triumphet, regnet, in dicitur, & humilitate dignitatem, ut facile patet diligendo.

¶ In responsione ad secundum circa illud Chrysolomi: sed & si abique morte corpus alicubi de posuisset: aduerte, quod si, ut sonat, sumitur, non uidetur intelligibile, quonia sine morte corpus non deponitur: nam si occultaretur a sensibus nostris, non propterea esset depositum, sed occultatum. Et propterea non de morte ut est separatio animae a corpore, sed de morte, ut est resolutio corporis terminata ad separationem animae a corpore intelligo: quoniam de huiusmodi morte preloquutus est, dicens, si conueniens fuisse, si agrorauisset corpus eius, & in conspectu omnium solueretur, quasi diceret, quod tam si naturali resolutione obisset, quae si miraculose ex di-





passionis ut August. \* dicitur. de Trinitate.

ARTICVLVS IIII.

Verum Christus pati debuerit in cruce.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod Christus non debuerit pati in cruce. Veritas enim debet respondere figuræ: sed in figura Christi præcellerunt omnia sacrificia ueteris Testamenti, in quibus animalia gladio necabatur, & postmodum igni cremabantur. ergo uideretur quod Christus non debuerit pati in cruce, sed magis gladio uel igne.

¶ 2 Præter Dam. \* dicit, quod Christus non debuerit assumere detestabiles passiones: sed mors crucis uidetur fuisse maxime detestabilis & ignominiosa. unde dicitur Sapient. 2. Morte turpissima condēnemus eum. ergo uideretur, quod Christus non debuerit pati mortem crucis.

¶ 3 Præter De Christo dicitur, Benedictus qui uenit in nomine Domini, ut patet Matth. 21. sed mors crucis erat mors maledictionis, secundum illud Deuteronomij uersum primo. Maledictus est a Deo qui pendet in ligno. Ergo uideretur quod non fuerit conueniens Christum crucifigi.

SED CONTRA est, quod dicitur Phil. 3. Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

RESPONDEO. Dicendum, quod conuenientissimum fuit Christum pati mortem crucis. Primo quidem, propter exemplum uirtutis. Dicit enim Augustinus \* in libro octuagesimo tertio questionum sapientia Dei hominem ad exemplum, quo recte uiueremus, suscepit.

Pertinet autem ad uitam rectam, ea, quæ non sunt metuenda, non metueri. Sunt autem homines, qui quamuis mortem ipsam non timeant, genus tamen mortis horrescunt.

Vt ergo nullum genus mortis recte uiuenti homini metuendum esset, illius hominis cruce ostendendum fuit, nihil enim erat inter omnia genera mortis, illo genere execrabilius, & formidabilius. Secundo, quia hoc genus mortis maxime conueniens erat satisfactioni pro peccato primi parentis, quod fuit ex eo quod contra mandatum Dei, pomum ligni uetiti sumpsit. & ideo conueniens fuit, quod Christus ad satisfaciendum pro illo peccato seipsum pateretur ligno affigi, quasi restituens quod Adam sustulerat, secundum illud Psal. 64. Quæ non rapui, tunc exoluam. Unde Augustinus dicit in quodam sermone de passione, Contempsit Adam præceptum

accipiens ex arbore pomum: sed quicquid Adam perdidit, Christus in cruce inuenit. Tertia ratio est quia ut (Chryso. \* dicit in sermone de passione) in excelso ligno, & non sub recto passus est, ut etiam ipsius aeris natura mundetur: sed & ipsa terra simili beneficium sentiebat, decurrentis de latere sanguinis stillatione mundata. Et super illud Io. 3. Oportet exaltari Filium hominis, dicit, Exaltari audiens, suspensionem intelligas in altum, ut sanctificaret aerem, qui sanctificauerat terram ambulando in ea. Quarta ratio est: quia per hoc quod in alto moritur, ascensum nobis parat in caelum, ut Chryso. dicit. Et inde est, quod ipse dicit Io. 12. Ego, si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Quinta ratio est, quia hoc competit uniuersali saluationi totius mundi. Unde Gregor. Nicen. dicit, quod figura crucis a medio \* contactu in quatuor extrema partibus, significat uirtutem & prouidentiam eius, qui in ea pependit, ubique diffusam. Chryso. etiam dicit, quod in cruce expansis manibus moritur, ut altera manu ueterem populum, altera, eos qui ex gentibus sunt, trahat. Sexta ratio est, quia per hoc genus mortis, diuersæ uirtutes designantur. Unde Augustinus \* dicit in libro de gratia ueteris, & noui Testamenti, Non frustra tale genus mortis elegit, ut latitudinis & altitudinis & longitudinis, & profunditatis, de quibus Apostolus loquitur, magister existeret. Nam latitudo est in eo ligno, quod transfuersum desuper figitur. hoc ad bona opera pertinet, quia ibi extenduntur manus. Longitudo in eo, quod ab ipso ligno usque ad terram conspicitur est: ibi enim quodam modo statuit, id est, persistit & perseveratur, quod longanimitati tribuitur. Altitudo est in ea ligni parte, quæ ab illa quæ transfuersum figitur, sursum uersus relinquitur, hoc est ad caput crucifixi, quia bene sperantium superna expectatio est. Iam uero illud ex ligno, quod fixum occultatur, unde totum illud exurgit, profunditatem significat gratiæ gratiæ. Et sicut Augustinus \* super Ioan. dicit. Lignum, in quo fixa erant membra patientis, etiam cathedra fuit magistri docentis. Septima ratio est, quia hoc genus mortis plurimis figuris respondet. ut enim Augustinus dicit in sermone de passione, de diluuiio aquarum, humanum genus arca lignea liberauit: de Aegypto Dei populo recedente, Moyses uirga diuisit, & Pharaonem prostrauit, & populum Dei redemit: idem Moyses lignum in aquam misit, & amaram aquam in dulcedinem commutauit: ex lignea uirga de spiritali petra salutis unda profertur. Et ut Amalec uinceretur, circa uirgam Moyses expansis manibus extenditur, & lex Dei, arca Testamenti creditur lignæ, ut his omnibus ad lignum crucis, quasi per quosdam gradus ueniat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod altare holocaustorum, in quo sacrificia animalium offerebantur, erat factum de lignis, ut habetur Exod. uersum sexto. & quantum ad hoc, ueritas respondet figuræ: non autem oportet quod quantum ad omnia, quia iam non esset similitudo, sed ueritas, ut Dama. \* dicit in tertio libro. Specialiter tamen, ut Chryso. dicit, non caput ei amputatum, ut Ioan. ni, necque sectus est, ut Isaias, ut corpus integrum & indiuisibile morti seruet, & non fiat occasio uolentibus Ecclesiam diuidere. Loco autem materialis ignis, fuit in holocausto Christi, ignis charitatis.

AD SECUNDVM dicendum, quod Christus delectabiles passiones assumere renuit, quæ pertinebant

In hom. de cruce & latrone qua inci. Hodier na die non rem. a prin. tom. 3.

alias, tradit.

In Epist. c. 26. a me. tom. 2.

Trac. 119. in lo. parum a prin. tom. 9.

li. 3. orth. f. c. 26. non 16 ge a h.

uina potestate absq. preuia dissolutione, subito separasset animam a corpore. aliquid deponens ipsum, inconueniens fuisse.

Super Questionis quadragesimæ articulum quartum. Trinitas clarior. In corpore una conclusio: Conuenientissimum fuit, Christum pati mortem crucis. Probat in litera rationibus septem, quibus potest ad id octaua, quod ideo mortem crucis elegit, ut usque ad ultimum, quatuor sententiam scilicet uisus auditus, olfactus, & gustus ac lingua. In officio uero libere posset, & ad cumulum passionis, uidentis, audiendi, odorandi, gustandi que contraria ignominiosa, &c. & ad conuincendam mysteria, que uerbis in cruce dicitis, expleuit, & commendando Marem, & Latronem exaudiendo &c.

In responsione ad tertium memento quod maledictus a Deo quilibet est, cui mali aliquid a Deo inferatur: quia enim ipse dixit, & facta sunt sicut benediceret alicui Deum, est benefacere illi, ita Deum maledicere, alicui est illi malum facere. Et quia Deus propter scelus populi sui percussit Christum, multa mala poenæ, & specialiter malum poenæ ignominiosissime crucis intulit illi, ideo maledixit Christo, dum illi malum fecit, & propterea Christum sicut omnis patiens in cruce, maledictus a Deo dicitur.

Phil. 3. ort. f. c. 26. non 16 ge a h.

Phil. 3. ort. f. c. 26. non 16 ge a h.

Phil. 3. ort. f. c. 26. non 16 ge a h.



bant ad defectum scientiae uel gratiae aut etiam uirtutis. Non autem illas, quae pertinent ad iniuriam ab exteriori illatam: quoniam, ut dicitur Hebraeo. duodecimo sustinuit crucem, confusione contempta.

Ed. ca. 3. & 4. tom. 6.

AD TERTIUM dicendum, quod (sicut Augustinus \* dicit 14. contra Faustum) peccatum maledictum est, & per consequens uisus & mortalitas ex peccato proueniens. Caro autem Christi mortalis fuit, si multitudinem habens carnis peccati, & propter hoc Moyses eam nominat maledictum: sicut, & Apostolus nominat eam peccatum, dicens secundo ad Corinth. 5. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, scilicet propter penam peccati. Nec ideo maior inuidia est, quia dixit, Maledictus est a Deo: nisi enim Deus peccatum odisset, non ad eam suscipiendam atque tollendam filium suum mitteret. Confitere ergo maledictum suscepisse pro nobis, quem confiteris mortuum esse pro nobis. unde ad Galat. tertio dicitur, Christus non redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.

ARTICVLVS V.

¶ Super quæst. quadragesima sexta articulum quintum.

Utrum Christus omnes passiones sustinuerit.

inf. q. 48. a. 2.

h. io. in 2. fo. a. prim. lib.

Ar. 3. huius q.

Titulus de passionibus corporibus ab extrinseco illatis intelligitur, ut in corpore articuli Auctor explicat. Sicut enim duo genera passionum: quaedam spirituales: ut decipi, priuari uirtute, & huiusmodi, quae longe fuerunt a Christo: quia derogarent perfectioni anime ipsius: quaedam corporales: & haec sunt duplices: quaedam ab intrinseco, ut aegritudines corporales, & de his non est quaestio: quoniam non decuit Christum infirmari, sed factum fuit ab intrinseco habere passiones naturales absque aegritudine: ut famem, sitim, lassitudinem quo ad corpus & tristitiam, timorem, & huiusmodi quo ad partem sensitivam anime: quaedam uero ab extrinseco: siue sint pure corporales ut flagella confosio, & huiusmodi, siue aliquantulisper spirituales, ut infamari, & huiusmodi. Et similiter siue extrinsece ut spoliari: & huiusmodi siue intus, ut tristari ex sensibus & obiectis: de his enim quae ab extrinseco inferri possunt passionibus absque spiritus damno in ani-

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur, quod Christus omnes passiones sustinuerit. Dicitur Hila. \* 10. de Trin. Unigenitus Dei ad peragendum mortis suae sacramentum, consummasse se omne humanarum genus passionum testatur, cum inclinato capite emisit spiritum. Videtur ergo quod omnes passiones humanas sustinuerit. ¶ 2. Præter. illa. 5. d. f. Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit ualde, sicut obstuperunt super eum multi, sic inglorius erit inter uiros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum: sed Christus est exaltatus secundum hoc, quod habuit omnem gratiam & omnem scientiam, pro quo super eum multi admirantes obstuperunt, ergo uidetur quod inglorius fuerit, sustinendo omnem passionem humanam. ¶ 3. Præter. Passio Christi ordinata est ad liberationem hominis a peccato, ut supra dictum est: sed Christus uenit liberare homines ab omni genere peccatorum, ergo debuit pati omne genus passionum. SED CONTRA est, quod dicitur Io. 9. quod milites primi quidem fregerunt crura, & alterius, quod crucifixus est cum eo: ad Iesum autem cum uenissent, non fregerunt eius crura. non ergo passus est omnem humanam passionem. RESPON. Dicendum, quod passiones humanae possunt considerari dupliciter. Vno modo, quan-

Et tum ad speciem, & sic non oportuit Christum pati omnem passionem, quia multae passionum species sibi inuicem contrariantur, sicut combustio in igne, & submersio in aqua. Loquimur enim nunc de passionibus ab extrinseco illatis, quia passiones ab intrinseco causatas (sicut sunt aegritudines corporales) non decuit eum pati, ut supra dictum est. \* Sed secundum genus passus est omnem passionem humanam, quod quidem potest considerari tripliciter. Vno modo ex parte hominum, a quibus passus est. Passus est enim aliquid & a gentilibus & a Iudaeis & a masculis & a feminis, ut patet de ancillis accusantibus Petrum. Passus est etiam & a principibus & a ministris eorum & popularibus, secundum illud Psalmi secundi. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: Astiterunt reges terrae, & principes conuenerunt in unum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Passus est etiam a familiaribus & notis, sicut patet de Iuda eum prodente, & Petro ipsum negante. Alio modo, patet idem ex parte eorum, in quibus homo potest pati. Passus est enim Christus in suis amicis, eum deserentibus: in fama, per blasphemias contra eum prolatas, in honore & gloria per irrisiones & contumelias ei illatas, in rebus, per hoc quod etiam uestibus spoliatus est: in anima per tristitiam, tedium, & timorem in corpore per uulnera & flagella. Tertio potest considerari quantum ad corporis membra. Passus est enim Christus in capite pungentium spinarum coronam, in manibus & pedibus fixationem clauorum, in facie alapas & spura, & in toto corpore flagella. Fuit etiam passus secundum omnem sensum corporeum, secundum tactum quidem, flagellatus & clauis confixus, secundum gustum, felle & aceto potatus, secundum olfactum, in loco foetido cadauerum mortuorum qui dicitur caluarie appensus patibulo, secundum auditum laceffit uocibus blasphemantium & iridentium, secundum uisum, uidens matrem & discipulum, quem diligebat, & res. AD PRIMUM ergo Dicendum, quod uerbum illud Hilar. est intelligendum, quantum ad omnia genera passionum, non autem quantum ad omnes species. AD 1. dicendum, quod simi-

ma patientis, quaestio est, ut unico uerbo dicatur. ¶ In corpore est una distinctio bimembris cum duabus conclusionibus in iuxta ipsa membra distinctio, interiecta explanatione tituli. Distinctio est. Passiones humanae ab extrinseco possunt considerari dupliciter, uel secundum species, uel secundum genus. Prima conclusio: Non oportuit Christum pati omnem humanam passionem, secundum speciem. Probatur, quia multae earum sunt contrariae, ut patet. Secunda conclusio est: Christus passus est omnem humanam passionem, secundum genus. Probatur tripliciter: & ex parte generalitatis conditionum agentium a quibus, & rerum in quibus, & membrorum secundum quae passus est. ¶ Aduerte hic primo, quod Auctor humarie pertransit generalitatem passionum Christi, nam si ad multum dinumeranda essent omnes conditiones passionum eius & differentiarum, humanum ingenium forte deficeret. Claret siquidem liquet, quod passus est iudicialiter & extra iudicialiter, a iudicio ecclesiastico & seculari, passus est obiectione superbiae, blasphemiam, seductionis, ambitionis, rebellionis Caesaris, usurpationis diuinae, passus est a testibus falsis, & a propria confessione occasionaliter: passus est ut malus, & ut stultus passus est a uiris imoioris secundum legem Dei [ ut pote non inuocantibus in praetorium, & uacantibus operibus misericordiae actualiter] & a sceleratis, passus est & simpliciter, & comparatiue ad Barabbam. Et breuiter ad pelagus passionum harum contemplatio ingresum datur, noua semper adiciet. ¶ Aduerte secundo, quod ad litteram Christus generalitatem passionum suscepit, ut uniuersum quo ad mala deficeret,





ita quod sicut uerbu  
diuinam suscipien-  
do humanam natu-  
ram assumpsit quo-  
dammodo totum  
uniuersum, quo ad  
bona ( pro quanto  
in homine omnes  
creaturae quodammo-  
do inueniuntur, ut  
in principio huius li-  
bri declarauimus )  
ita suscipiendo mala  
hominum in genera-  
litate suarum passio-  
num, desinit totum  
uniuersum, quo ad  
mala, in malo enim  
hominis omnia ma-  
la quodammodo in-  
ueniuntur, ut omnino  
impletum conspicia-  
mus, quod sic Deus  
dilectum mundum, &  
secundum bona, &  
secundum mala, ut  
filium suum unigeni-  
tum dare. Prodest  
autem malorum hu-  
manorum tanta digni-  
tas humano generi  
uide: quoniam ma-  
lorum incurus post  
acta peccatum in-  
uitabilis est & neces-  
sarius in uia uirtutis  
ambulantibus ad ca-  
lestem patriam. Na-  
turaliter autem exo-  
sa fugibilia tristitiaque  
sunt mala, & proprie-  
rea aeterna dura quo di-  
citur uia uite, sed ubi  
absoluta a uerbo  
Dei in propria per-  
sona mala sunt, desi-  
ficata proculdubio  
sunt, & inde reddi-  
ta sunt desiderabilia  
super aurum & lap-  
idem pretiosum,  
cum non habentur,  
& dulciora super me-  
& fauim, cum ha-  
bentur, ut gesta mar-  
tyrum testantur, di-  
cetium, hoc est quod  
semper optauit, has  
epulas ego semper o-  
ptauit: uideor mihi  
quod super roseos  
flores incedam, &c.  
Et hinc uirtutis uia  
patiendo mala, facta  
est humano generi  
amabilis desiderabi-  
lis, atque delectabilis  
secundum seipsam:  
sed animalis homo  
non percipit quae  
Dei sunt: palato, n.  
non sano pena est pa-  
nis, qui sano est sua-  
uis, & oculis aegris  
odiosa lux, quae puris  
est amabilis.

litudo ibi attenditur, non quan-  
tum ad numerum passionum &  
gratiarum: sed quantum ad ma-  
gnitudinem utriusque: quia sicut  
sublimis est in donis gratiae su-  
per alios, ita deiectus est infra alios  
per ignominiam passionis.

AD TERTIUM Dicendum, quod  
secundum sufficientiam, una mi-  
nima passio Christi sufficeret ad  
redimendum genus humanum  
ab omnibus peccatis, sed secundum  
conuenientiam, sufficiens fuit quod  
pateretur omnia genera passio-  
num, sicut iam dictum est.

ARTICULVS SECVNDVS  
Vtrum dolor passionis Christi fuerit  
maior omnibus doloribus.

AD SEXTVM sic proceditur.  
Videtur, quod dolor passio-  
nis Christi non fuerit maior om-  
nibus aliis doloribus. Dolor enim  
patientis augetur secundum graui-  
tatem & diuturnitatem passio-  
nis: sed quidam martyres graui-  
ores passionibus & diuturniores sus-  
tinuerunt, quam Christus, sicut patet  
de Laurentio, qui est affatus in  
eraticula, & de Vincetio, cuius car-  
nes sunt unguis ferreis laceratae.  
ergo uis quod dolor Christi patien-  
tis non fuerit maximus.

¶ 2 Præ. Virtus mentis est miti-  
gatua doloris, intantum quod  
Stoici posuerunt, tristitiam in ani-  
mum sapientis non cadere, &  
Aristo posuit, quod uirtus mora-  
lis medium tenet in passionibus:  
sed in Christo fuit perfectissima  
uirtus mentis. ergo uidetur quod  
in Christo non fuerit maximus  
dolor.

¶ 3 Præ. Quanto aliquod patiens  
est magis sensibile, tanto maior se-  
quitur dolor passionis: sed anima  
est sensibilior, quam corpus, cum  
corpus sentiat ex anima. Adami  
etiam in statu innocentie uidef  
corpus sensibilius habuisse, quam  
Christus, qui assumpsit corpus  
humanum cum naturalibus defe-  
ctibus, ergo uidetur quod dolor  
aie patiens in purgatorio uel in  
inferno, uel etiam dolor Ade, si  
passus fuisset, maior fuisset quam  
dolor passionis Christi.

¶ 4 Præ. Maioris boni amissio  
causat maiorem dolorem: sed pec-  
cator peccando amittit maius bo-  
num, quam Christus patiendo,  
quia uita gratiae est melior quam  
uita naturae. Christus etiam qui  
amissit uitam, post triduum resur-  
recturus, minus aliquid amississe

uidetur, quam illi qui amittunt  
uitam permanens in morte. ergo  
uidetur, quod dolor Christi  
non fuerit maximus dolorum.

¶ 5 Præ. Innocentia patientis di-  
minuit dolorem passionis: sed  
Christus innocenter est passus,  
secundum illud Hier. 11. Ego au-  
tem quasi agnus mansuetus, qui  
portatur ad uictimam, ergo uide-  
tur quod dolor passionis Christi  
non fuerit maximus.

¶ 6 Præ. In his, quae Christi sunt,  
nihil fuit superfluum: sed mini-  
mus dolor Christi sufficeret ad  
finem salutis humanae: habuisset  
enim infinitam uirtutem ex per-  
sona diuina, ergo superfluum  
fuisse assumere maximum do-  
lorem.

SED CONTRA est, quod Thren.  
1. dicitur ex persona Christi, At-  
tendite, & uidete, si est dolor si-  
cut dolor meus.

RESPON. Dicendum, quod si-  
cut supra dictum est \*, cum de  
defectibus assumptis a Christo a-  
geretur, in Christo: patiente fuit  
uerus dolor, & sensibilis, qui ca-  
tur ex corporali nocuo, & dolor  
interior, qui causatur ex apprehen-  
sione alicuius nocuenti, qui tri-  
stia dicitur. Uterque autem dolor in  
Christo fuit maximus inter do-  
lores praesentis uitae: quod quidem contingit pro-  
pter quatuor. Primo quidem, propter causas do-  
loris, nam doloris sensibilis causa fuit laesio  
corporalis quae acerbiter habuit, tum pro-  
pter generalitatem passionis, de qua dictum est \*,  
tum etiam ex genere passionis, quia mors confixo-  
rum in cruce est acerbissima, quia configuntur in  
locis neruosis & maxime sensibilibus, sicut in manibus  
& pedibus, & ipsum pondus corporis pendens eo-  
tinue auget dolorem: & cum hoc etiam est doloris  
diuturnitas, quia non statim moriuntur, sicut hi qui  
gladio interficiuntur. Doloris autem interioris causa  
fuit primo quidem, omnia peccata humani generis  
pro quibus satisfaciebat patiendo, unde ea quasi si-  
bi ascribit dicens in Psal. 21. Verbo delictorum meo-  
rum. Secundo, specialiter casus iudaeorum, & alio-  
rum in eius morte delinquentium, & praecipue disci-  
pulorum, qui scandalum passi sunt in Christi pas-  
sione.

Tertio, etiam amissio uita corporalis, quae natura-  
liter est horribilis humanae naturae. Secundo, potest  
magnitudo doloris eius considerari ex perceptibi-  
litate patientis, & secundum animam, & secundum  
corpus. Nam & secundum corpus erat optime com-  
plexionatus, cum corpus eius fuerit formatum mi-  
raculose operatione spiritus sancti, sicut & alia, quae  
per miracula facta sunt, fuerit aliis potiora (ut Chry-  
so. \* dicit de uino, in quod Christus aquam conuer-  
tit in nuptiis) & ideo in eo maxime uiguit sensus  
tactus, ex cuius perceptione sequitur dolor: anima  
etiam secundum uires interiores, efficacissime appre-  
hendit omnes causas tristitiae. Tertio, magnitudo doloris  
Christi patientis potest considerari ex doloris & tristi-  
tiae puritate. Nam in aliis patientibus mitigatur tristi-  
tia interior, & etiam dolor exterior, ex aliqua confi-  
deratione

In corpore dicitur.  
Primo, testantur  
duo dolores in Chri-  
sto, exterior, scilicet & inte-  
rior. Secundo, respō-  
detur quae unico  
conclusioni, tunc quod  
dolor in Christo fuit  
maximus super om-  
nes praesentis uitae.  
Probatur ex quatuor  
simul iunctis, scilicet ex  
causis, ex patiente,  
ex puritate doloris,  
& ex quantitate pro-  
portionata ad finem.

Ubi uidere facile  
potest, quod in nullo  
alio dolore humano  
concurrentia, ade-  
quare aut etiam app-  
propinquare possit  
ad haec. Et de tertio  
quidem & quarto co-  
stat, quod in aliis lo-  
cum habere non pos-  
sunt, secundum quo-  
que ad perceptionem  
efficacissimam om-  
nium causarum tristi-  
tiae, procul etiam ab  
aliis est, in primo  
quoque duo sunt in-  
accessibilia, scilicet  
ex omnibus peccatis  
humani generis,  
& amissio corpora-  
lis uita diuinae perso-  
nae, & tam excellen-  
tis animae.

q. 15. a. 5. & 6.

q. 15. & 2. p. c.

Ho. 21. in 10.  
a. med. illi  
to m. 3.

q. 15. & 2. p. c.

q. 15. & 2. p. c.

q. 15. & 2. p. c.

q. 15. & 2. p. c.

q. 15. & 2. p. c.

q. 15. & 2. p. c.

Super quae. 16.  
articulum sextum.

Titulus, ut so-  
nat, intelligen-  
dus est.



deratione rōnis, perquam derivatioē seu redundantiā a superioribus viribus ad inferiores : quod in Christo patientis non fuit, quia unicuique unum permisit agere quod est sibi proprium, sicut Dam. dicit. Quarto, potest considerari magnitudo doloris Christi patientis, ex hoc, quod passio illa & dolor a Christo fuerunt assumpta voluntarie, propter finem liberationis hominum a peccato. & ideo tantam quantitatem doloris assumpsit, quae esset proportionata magnitudini fructus, qui inde sequebatur. Ex his igitur omnibus causis simul consideratis, manifeste apparet, quod dolor Christi fuerit maximus.

lib. 1. c. 13. a mēd.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procedit ex uno tantum praedictorum, scilicet ex lesione corporali, quae est causa sensibilibus doloris : sed ex aliis causis multo magis dolor Christi patientis augetur, ut dictum est.

In corp. ar.

AD SECYNDVM dicendum, quod virtus moralis aliter mitigat tristitiam interiorē, & aliter exteriorē dolorem sensibilem. Tristitiam enim interiorē diminuit directe, in eamēdium constituendo, sicut in propria materia. Medium autem in passionibus virtus moralis constituit (ut in 2. parte habitū est) non secundum quantitatem rei, sed secundum quantitatem proportionis, ut si passio non excedat regulam rationis. Et quia Stoici reputabant, quod nulla tristitia esset ad aliquid utilis, ideo timebant, quod totaliter a ratione discordaret, & per consequens quod totaliter esset sapienti vitanda. sed secundum rei veritatem tristitia aliqua laudabilis est (ut August. probat in 14. de civ. Dei,) quando scilicet procedit ex sancto amore, utpote, cum aliquis tristatur de peccatis propriis vel alienis. Assumitur etiam, ut utilis ad finem satisfactionis pro peccato, secundum illud. Apost. 2. ad Corin. 7. Quae secundum Deum est tristitia, poenitentiam in salutem stabilem operatur, & ideo Christus ut satisfaceret pro peccatis omnium hominum, assumpsit tristitiam, maximam quidem quantitate absoluta, non tamen excedentem regulam rationis. Dolorem autem exteriorē sensus, virtus moralis directe non minuit, quia talis dolor non obedit rationi, sed sequitur corporis naturam. Diminuit tamen ipsum indirecte, per redundantiā a superioribus viribus in inferiores, quod in Christo non fuit, ut dictum est.

p. 2. q. 64. ar. 1. & 2.

li. 14. c. 9. 1. 5

AD TERTIVM dicendum, quod dolor animae se parat patientis, pertinet ad statum futurae damnationis, quae excedit omne malum huius vitae: sicut sanctorum gloria excedit omne bonum praesentis vitae, unde cum dicimus Christi dolorem esse maximum, non comparamus ipsum dolori animae separatae. Corpus autem Adae pati non poterat nisi peccaret, & sic fieret mortale & passibile, & minus doleret patientis, quam corpus Christi, propter rationes praedictas. Ex quibus etiam apparet, quod etiam si per impossibile ponatur, quod Adam in statu innocentiae, passus fuisset, minor fuisset dolor eius quam Christi.

AD QVARTVM dicendum, quod Christus non solum doluit pro amissione vitae corporalis propriae, sed etiam pro peccatis omnium aliorum, qui dolor in Christo excedit omnem dolorem cuiuscumque contriti: tum, quia ex maiori sapientia, & charitate processit, ex quibus dolor contritionis augetur: tum etiam, quia pro omnibus peccatis simul doluit, secundum illud Isa. quinquagesimo secundo. Vere dolores nostros ipse tulit. Vita autem corporalis Christi fuit tantae dignitatis, & praecipue propter

lib. 1. c. 13. a mēd.

diuinitatem unitam, quod de eius amissione etiam ad horam, magis esset dolendum, quam de amissione vitae alterius hominis per quantumcunque tempus. unde & Philosoph. dicit 3. Ethico. \* quod virtuosus diligit vitam suam, quanto scit eam esse meliorem; & tamen eam exponit propter bonum virtutis. Et similiter Christus vitam suam maxime dilectam, exposuit propter bonum charitatis, secundum illud Hiero. 12. Dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum eius.

AD QVINTVM dicendum, quod innocentia patiens minuit dolorem passionis, quantum ad numerum, quia cum nocens patitur, dolet non solum de pena, sed etiam de culpa: innocens autem solum de pena, qui tamen dolor in eo augetur ex innocentia, in quantum apprehendit nocentem illum, ut magis indebitum. unde etiam & alii magis sunt reprehensibiles, si ei non compatiuntur, secundum illud Isa. 57. Iustus autem perit, & non est qui recogitet in corde suo.

AD SEXTVM dicendum, quod Christus voluit genus humanum a peccatis liberare, non sola potestate, sed iustitia. & ideo non solum attendit quantum virtutem dolor eius haberet ex diuinitate unita, sed etiam quantum dolor eius sufficeret, secundum humanam naturam ad tantam satisfactionem.

ARTICVLVS VII.

¶ *Super quest. quadragesima sexta. articulum septimum.*  
**Vtrum Christus passus fuerit secundum totam animam.**

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod Christus non fuerit passus secundum totam animam; Anima enim patitur patiente corpore per accidens, in quantum est actus corporis actus est, ut dicitur in 3. de anima. ergo videtur, quod Christus non fuerit passus secundum totam animam.

¶ 2. Praeterea. Quelibet potentia animae patitur a suo obiecto: sed superioris partis rationis obiectum, sunt rationes aeternae; quibus inspicendis & consulendis intendit, ut Aug. dicit 12. de Trinitate. Ex rationibus autem aeternis nullum potuit Christus pati nocentem, cum in nullo ei contrariarentur, ergo videtur quod non fuerit passus secundum totam animam.

¶ 3. Praeterea. Quando passio sensibilis usque ad rationem pertingit, tunc dicitur completa passio, quae in Christo non fuit; sed solum propassio, ut Hiero. dicit. unde & Dion. dicit in Epist. ad Ioannē euangelistam, quod passiones sibi illatas patiebatur secundum iudicare solum. non ergo videtur quod Christus secundum totam animam pateretur.

lib. 1. c. 13. a mēd.

lib. 1. c. 13. a mēd.

lib. 1. c. 13. a mēd.

lib. 1. c. 13. a mēd.

lib. 1. c. 13. a mēd.

lib. 1. c. 13. a mēd.

lib. 1. c. 13. a mēd.

lib. 1. c. 13. a mēd.

lib. 1. c. 13. a mēd.

lib. 1. c. 13. a mēd.

lib. 1. c. 13. a mēd.

lib. 1. c. 13. a mēd.



cedens patur: quia est tota in toto, & tota in qualibet parte. Nota hic, quod non dicitur, Auctor quod anima Christi tota secundum essentiam doluit, sed dicitur quod passiva est: dolere enim importat actum animalis appetitus: pati autem communis est. Vnde argumenta Scoti in 3. sententia dicit, contra opinionem dicentem Christi essentiam secundum animam doluisse, non sicut contra doctrinam hanc, nisi ultimum, scilicet in separatione animae a corpore anima fuit facta impassibilis, ergo. Ad hoc, dicitur, quod aliud est loqui de separatione animae, & aliud de separato esse: nam licet anima in separato esse fuerit impassibilis, quando tamen in separatione fuit passibilis erat, & patiebatur dum separata erat, quia abiectione a naturali suo statu, quo perficiebat corpus.

¶ 4. Præter. Passio dolorem causat: sed in intellectu speculatio non est dolor: quia delectationi, quæ est ab eo, quod est considerare, nulla tristitia opponitur, ut Philosophus \* dicit in 1. Topic. ergo videtur quod Christus non pateretur, secundum totam animam.

SED CONTRA est, quod in Psalm. 87. dicitur ex persona Christi, Repleta est malis anima mea, Gloss. non utitur, sed doloribus, quibus anima carni compatitur, uel malis, scilicet pereuntis populi, compatiendo: non autem fuisset anima eius his malis repleta, si non secundum totam animam passus esset. ergo Christus est secundum totam animam passus.

RESPONDEO. Dicendum, quod totum dicitur respectu partium: partes autem animæ dicuntur potentie eius. Sic ergo dicitur anima tota pati, in quantum patitur secundum suam essentiam, uel in quantum secundum omnes suas potentias patitur: sed considerandum est, quod aliqua potentia animæ, potest pati dupliciter. Vno modo passione propria, quæ quidem est secundum quod patitur a suo obiecto, sicut si uisus patitur ex super

damnatur. Et simile est de iniuriis, quæ sunt sanctis circa eorum corpora: sunt enim contra naturalem uoluntatem eorum, & tamen non tristantur.

¶ Quocirca distinguendum est de nolle, quod siue naturale siue conditionatum sit, dupliciter in mi potest. Vel absolute, hoc est quantum est ex parte uoluntatis, seu boni uoliti aut mali noliti, & taliter nolle non sufficit ad causandam tristitiam, ut ex dictis exemplis patet, & amplius patet. Alio modo, sumitur nolle secundum presentem statum uolentis seu nolentis, hoc est quod siue sit naturale siue conditionatum in se, illud nolle secundum presentem statum, quem actu habet ille, qui dicitur nolle. & sic nolle siue sit naturale siue conditionatum sufficit ad causandam tristitiam, quod ut clarius fiat, dicamus exemplariter differentiam inter uoluntatem beati patris & non beati: pater siquidem iustus uiator respectu miserie filii præficti habet nolle & naturale, & conditionatum non solum ita quod uoluntati paternæ secundum se absolute sumptæ contrariatur miserie filii, & nolle filii damnationem secluso diuine iustitiæ ordine, sed etiam ita quod secundum presentem statum in quo est, ex amore naturali existit in actum nolentis.

Sic igitur dicendum est, quod si intelligamus totam animam ratione suæ essentia, sic manifestum est totam animam Christi passam esse.

Nam tota essentia animæ coniungitur corpori, ita quod tota est in toto, & tota in qualibet parte eius, & ideo corpore patiente, & disposito ad separationem ab anima, tota anima patiebatur. Si uero intelligamus totam animam secundum omnes potentias eius sic loquendo de passionibus propriis potentiarum, patiebatur quidem secundum omnes uires inferiores, quia in singulis uiribus inferioribus animæ, quæ circa temporalia operantur, inueniebatur aliquid, quod erat causa doloris Christi, sicut ex supradictis patet: \* sed secundum hoc superior ratio non patiebatur in Christo ex parte sui obiecti, scilicet Dei, qui non erat animæ Christi causa doloris, sed delectationis & gaudii. Secundum autem

di conditionatum, dicendo, Pater si possibile est, transeat calix iste. Idem autem pater beatus non habet amplius amorem illum primum, ut conueniat sibi exire in actum nolentis respectu miserie filii (alioquin non esset beatus: quoniam aliquid uellet, quod non haberet) sed in omnibus conforme dicitur uoluntati suæ uelle: Et hinc fit, ut damnatio filii eueniens, tristitiam ingerat patri uiatori, & non patri beato. Conuenientia siquidem inuenta secundum uoluntatem absolute, & similiter secundum nolentiam absolute in patre uiatore & beato, & differentia inuenta secundum uoluntatem in tali statu, restatur quod non sufficit ad tristitiam uoluntas naturalis, aut conditionata absolute, sed oportet quod sit secundum presentem statum: propterea enim tristior proficiendo merces, quia secundum presentem statum habeo nolentiam perdendi illas & contra propterea beati de nullo tristantur, quia de nullo contrario euenturo habent nolentiam in illo statu.

Et in proposito, ideo Christus dominus beatus, secundum portionem superiorem non tristabatur de sua passione, quia secundum illam nec nolentiam illius habebat, sed tamquam beatus illam nullo modo refutabat. Vnde patet falsum esse, quod ratio superioris Christi, ut natura, contrariabatur passio Christi, quoniam pars illa secundum illum statum non habuit aliquid contrarii. Et similiter falsum est, quod habuerit nolentiam mortis eadem ratione, quia scilicet beata erat.

Verum ne iniuria Scoti hinc fiat, scito, quod ipse ratione superiore utitur æquiuoce, pro intellectu, scilicet & uoluntate respectu quorumcumque secundum ordinem tamen ad æterna: & ideo quo ad questionem de ratione superiori, & inferiori, in æquiuoco cum eo laboratur. Sed quo ad nolentiam causantem tristitiam, non est æquiuocatio: quoniam siue in superiori siue in inferiori portione oportet adesse nolentiam secundum presentem, & non sufficit nolentiam secundum disconuenientiam ad uoluntatem, absolute, ut declaratum est. Veruntamen ad singula obiecta respondendo dicitur: quod non est contra naturalem inclinationem Tertia S. Thomæ. V su-

1. Topica. 1. in loco. ab his in q. bus reperitur alterum. conuenit. Philo. 87. August. 1. 1. 1. 1.

1. Topica. 1. in loco. ab his in q. bus reperitur alterum. conuenit. Philo. 87. August. 1. 1. 1. 1.

1. Topica. 1. in loco. ab his in q. bus reperitur alterum. conuenit. Philo. 87. August. 1. 1. 1. 1.

1. Topica. 1. in loco. ab his in q. bus reperitur alterum. conuenit. Philo. 87. August. 1. 1. 1. 1.



superioris appetitus beati, passio Christi, & similiter nec contra uelle conditionatum illius, & similiter nec contra eundem, quamuis colligatum corpori, quia non habuit locum redundantia in Christo. Ad illud de contritione peccatorum nostrorum dicitur, quod dolor ille est rationis inferioris: quoniam obiectum talis actus est aliquid temporale, scilicet: of-

D. 199.

p. p. q. 77. ar. 1. & 2.

In corp. ar.

In corp. ar.

3. dist. 15. q. 2. ar. 1. q. 2. & 11. ad 3. & 9. 26. ar. 9. & 10. & quo. 1. q. 2. ar. 3. cor. & 0. 3. ca. 238. & 239. q. 15. ar. 10.

L. 110. c. 5. & 17. c. ult.

Art. 6. huius quæst.

3. 2. q. 4.

illum modum passionis, quo potentia aliqua dicitur pati ex parte sui subiecti, sic omnes potentiae animae Christi patiebantur. omnes, enim potentiae animae radicantur in essentia eius, ad quam peruenit passio, passio corpore, cuius est actus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod licet intellectus, secundum quod est potentia quaedam, non sit corporis actus: essentia tamen animae est corporis actus, in qua radicatur potentia intellectiva, ut in prima parte habitum est.

AD SECUNDUM Dicendum, quod illa ratio procedit de passione, quae est ex parte proprii obiecti, secundum quam, superior ratio in Christo passa non fuit.

AD TERTIUM Dicendum, quod dolortunc dicitur esse passio perfecta, per quam anima perturbatur, quando passio sensitiuae partis pertingit usque ad immutandum rationem a rectitudine sui actus, ut scilicet sequatur passionem, & non habeat liberum arbitrium super eam. Sic autem passio sensitiuae partis non peruenit in Christo usque ad rationem, sed ex parte subiecti, sicut dictum est.

AD QUARTUM Dicendum, quod intellectus speculatiuus non potest habere dolorem, uel tristitiam ex parte sui obiecti: quod est uerum absolute consideratum, quod est perfectio eius: potest tamen ad ipsum pertingere dolor uel causa doloris, per modum iam dictum.

ARTICVLVS VIII.

Utrum tota anima Christi in passione frueretur fruitione beata.

AD OCTAVUM sic proceditur. Videtur, quod anima Christi in articulo illius passionis non tota frueretur fruitione beata. Impossibile est enim simul dolere & gaudere, cum dolor & gaudium sint contraria: sed anima Christi tota patiebatur dolorem in tempore passionis, ut supra habitum est. non ergo poterat esse, ut tota frueretur.

¶ 2. Praet. Phil. dicit in 7. Ethico, quod tristitia si sit uehemens, non solum impedit delectationem contrariam, sed quaecumque, & conuerso: dolor autem passionis Christi fuit maximus, ut ostensum est; & similiter delectatio fruitionis est maxima, ut in principio secunde partis habitum est. non ergo potuit esse, quod anima Christi tota simul pateretur

& frueretur.

¶ 3. Praet. Fruitio beata est secundum cognitionem & amorem diuinorum, ut patet per Aug. in 1. de doct. chri. sed non omnes uires animae attingunt ad cognoscendum & amandum Deum. non ergo tota anima Christi fruebatur.

SED CONTRA est, quod Dam. dicit in 3. li. quod diuinitas Christi permittit carni agere & pati, quae propria ergo pari ratione cum proprio esset anima Christi in quantum erat beata, quod frueretur, passio eius fruitione non impediebat.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est prius, tota anima potest intelligi & secundum essentiam, & secundum omnes eius potentias. Si autem intelligatur secundum essentiam, sic tota anima fruebatur, in quantum est subiectum superioris partis animae, cuius est frui diuinitate, ut sicut passio ratione essentiae attribuitur superiori parti animae, ita conuerso fruitio ratione superioris partis animae attribuitur essentiae. Si uero accipiamus totam animam ratione omnium potentiarum eius, sic non tota anima fruebatur, nec directe quidem, quia fruitio non potest esse actus cuiuslibet partis animae, nec per redundantiam gloriae, quia dum Christus erat uiuitor, non fiebat redundantia gloriae a superiori parte in inferiorem, nec ab anima in corpus: sed quia nec conuerso superior pars animae impediebat circa id, quod est sibi proprium per inferiorem, consequens est, quod superior pars animae perfecte fruebatur Christo patiente.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod gaudium fruitionis non contrariatur directe dolori passionis, quia non sunt de eodem: nihil autem prohibet contraria eidem inesse, non secundum idem. & sic gaudium fruitionis potest pertinere ad superiorem partem rationis per proprium actum: dolor autem passionis secundum suum subiectum. Ad essentiam uero animae pertinet dolor passionis ex parte corporis, cuius est forma: gaudium uero fruitionis ex parte potentiae, cui subiecitur.

AD SECUNDUM Dicendum, quod uerbum illud phil. habet ueritatem ratione redundantiae, quae naturaliter fit ab una potentia animae in aliam, sed haec in Christo non fuit, ut supra dictum est.

AD III. Dicendum, quod ratio illa procedit de totalitate animae, quantum ad eius potentias.

ARTICVLVS IX.

Utrum Christus fuerit conuenienti tempore passus.

AD NONVM sic proceditur. Videtur, quod Christus non fuerit conuenienti tempore passus. Passio enim Christi figurabatur per immolationem agni paschalis, unde & Apost. dicit 1. ad Corin. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus: sed agnus paschalis immolabatur quartadecima die ad uesperam, ut dicitur Exo. 12. ergo uideatur quod Christus tunc debuerit pati, quod patet esse falsum: nam tunc pascha cum suis discipulis celebrabit, secundum illud Marc. 14. primo die azimorum

¶ Tertia conclusio est. Superior pars animae proprio actu fruebatur Christo patiente. Probatur, quia non impediebat a coeua sibi fruitio per inferiorem partem patientem.

¶ In corp. ar. & 216.

¶ Super quæst. quadagesima sexta articulum octauum.

¶ Titulus clarus.

¶ In corpore una conclusio.

¶ Christus est conuenienti tempore passus.

¶ Probatur dupliciter.

¶ Primo, Passio Christi subiecta erat eius uoluntati ergo.

¶ Probatur consuetudine, quia uoluntas Christi regebat diuina sapientia sua uiter omnia disponente.

¶ Secundo, auctoritate Aug.

¶ In responsione ad primum nota, quod moderni latini ad huc non quietantur



circa quorum luna dicitur quando Christus mortuus est. Ad duoque super argumenta grecorum, sanctitatem diei quod tunc in quinquagesima luna illius mens erat celebris, ita quod nihil operis erat licitum in ea. Preter his, quae ad uelendum sunt, ut patet Exo. 12. conflat autem in illa feria 6. quia Christus passus est, licita fuisse opera, quae in festis fuisse illicita sunt, patet, cum ex operibus iudeorum, quod illos iudiciales accusas Christum exheredantem eum, ex aduerso Ioseph & Nicodemus, qui sepelierunt Christum, quod non fuisse horum factum, patet ex eo quod propter paratam festinam sepulturae est, ut Augustinus ait, & ex eo quod mulieres sancte sabbatho se continuerunt ab officio circa Christum sepultum. Unde uolunt uerba Ioan. euangelistae, Erat autem parasceue pascha, ad litteram intelligi, quod erat uigilia paschae. Ad hoc etiam huiusmodi considerandum est, quod non solum certa incertis praeponebatur, sed ex certis, quae ambigua uidentur, interpretanda sunt, & non contra. Quo circa certitudo scribitur a tribus euangelistis Matth. Marco, & Luca de primo die azymorum, qui quartadecima luna est, quod si scilicet fuit dies ueneris, in qua Christus passus est, debet praepone in certis, hoc est uarie exponibilibus uerbis Ioannis euangelistae non quo ad ueritatem & falsitatem, quia omnia sunt uera, sed quo ad securitatem sensus litteralis. Verba siquidem illorum non possunt exponi ad litteram, nisi intelligendo die illam ueneris fuisse lunam quartadecimam, quia expresse dicunt primum diem azymorum inchoatum uespere precedentis, uocantes die Iouis uespere, diem azymorum. Verba autem Ioannis euangelistae post

quando pascha immolabant, sequenti autem die passus fuit. ¶ 2. Praet. passio Christi dicitur eius exaltatio, secundum illud Io. 3. oportet exaltari filium hominis. Ipse autem Christus dicitur sol iustitiae, ut patet Malach. ult. ergo uidetur quod debuerit pati hora sexta, quando sol est in sua maxima exaltatione, cuius contrarium uidetur per id, quod dicitur Mar. 15. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. ¶ 3. Praet. sicut sol in hora sexta maxime exaltatur quolibet die, ita in solstitio aestiuali maxime exaltatur quolibet anno, debuit ergo magis pati circa tempus solstitii aestiualis, quam circa tempus aequinoctii uernalis. ¶ 4. Praet. Per praesentiam Christi in mundo, mundus illuminabatur, secundum illud Ioan. 9. Quam diu sum in mundo, lux sum mundi, conueniens igitur fuisse humanae salutis, ut diutius in hoc mundo uixisset, ita quod non pateret in iuuenili aetate, sed magis in senili. SED CONTRA est, quod dicitur Io. 15. Sciens Iesus quia uenit hora eius, ut transeate hoc mundo ad patrem. Et Io. secundum dicit, Nondum uenit hora mea. Vbi dicit Aug. \* Vbi tantum fecit quantum sufficere iudicauit, uenit hora eius, non necessitatis, sed uoluntatis conuenienti igitur tempore passus est. RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, passio Christi subiecta erat eius uoluntati. Voluntas autem eius regebatur diuina sapientia, quae omnia conuenienter & suauiter disponit, ut dicitur Sap. 8. Et ideo dicendum est, quod conuenienti tempore passio Christi celebrata est, unde Aug. in lib. Quaestionum uete. & no. test. dicit, Omnia propriis locis, & temporibus gesit saluator. AD PRIMVM ergo dicendum, quod quidam dicunt Christum fuisse passum quartadecima luna, quando Iudaei pascha immolabant, unde & Io. 18. dicitur, quod Iudaei non introierunt pratorium Pilati ipso die passionis, ut non contaminarentur, sed ut manducarent pascha, ubi Christo. \* dicit quod tunc Iudaei faciebant pascha, ipse uero ante unam diem celebrauit pascha, referuans suam occisionem sextae feriae, quando uetus pascha fiebat. Cui uidetur consonare quod dicitur Ioan. 13. quod ante diem festum paschae Christus facta coena, pedes discipulorum lauit, sed contra hoc uidetur esse, quod dicitur

Matt. 26. quod prima die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi uis paremus tibi comedere pascha? Ex quo patet, quod cum primus dies azymorum dicitur quartadecimus dies mensis primi, quando agnus immolatur & luna plenissima est, ut Hier. \* dicit, constat quartadecima luna Christum coenam fecisse, & quintadecima eum esse passum. Et hoc expressius manifestatur per id quod dicitur Mar. decimo quarto. Primo die azymorum quando pascha immolabant & c. & Luc. 22. Venit dies azymorum, in quo necesse erat occidi pascha. Et ideo quidam dicunt, quod Christus die conuenienti in quartadecima luna pascha cum discipulis suis manducauit, demonstrans quod usque ad ultimum diem non erat contrarius legi, ut Chrysostomus \* dicit super Matt. sed iudaei occupati circa procuracionem mortis Christi contra legem celebrationem paschae in crastinum distulerunt. Et propter hoc de his dicitur, quod in die passionis Christi noluerunt intrare pratorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent pascha. Sed nec istud uidetur esse consonum uerbis Mar. dicentis. Primo die azymorum quando pascha immolabant. Simul ergo Christus & iudaei uetus pascha celebrauerunt. Et sicut Beda dicit super Mar. \* licet Christus, qui est pascha nouum, sit crucifixus sequenti die, hoc est quintadecima luna: attamen nocte qua agnus immolabatur, corporis sanguinisque sui discipulis tradens mysteria celebranda, & a iudaeis tentus ac ligatus ipsius immolationis, hoc est, passionis suae sacravit exordium. Cum autem dicitur Ioan. 13. Ante diem festum paschae, intelligitur hoc fuisse quartadecima luna, quod tunc uenit quinta feria: nam luna existente quintadecima erat dies solemnissimus paschae apud Iudaeos. Et secundum diem quem Ioannes nominat ante diem festum paschae, propter distinctionem naturalem dierum, Matthaeus nominat primam diem azymorum: quia secundum ritum iudaicum festiuitatis, solennitas incipiebat a uespera praecedentis diei. Quod autem dicitur, eos comesturos esse pascha in quintadecima luna, intelligendum est, quod ibi pascha non dicitur agnus paschalis, qui immolatus fuerat decima quarta luna, sed dicitur cibus paschalis, id est, azymi panes: quos oportebat comedi a mandis, Tertia S. Thomae.

similiter interpretari, quam quod sabbatho fuerit quinquagesima luna, ut patet ex expositione Doctorum. igitur sciendum est ipsum diem ueneris fuisse quintadecimam lunam. Super illud Mar. 26. prima die azymorum fecit to. 9. Et confirmatur hoc, quia idem Ioannes euangelista ibidem appellat unum idemque tempus parasceuem paschae, & pascha: dicit enim de illo die ueneris. Erat autem parasceue paschae, & de eodem introducit Pilatum dicentem, Est autem uobis consuetudo, ut dimitram uobis unum in pascha. Si enim tam proprie Ioan. paschae nomine uisitur, ut isti autumant, non debuit idem tempus dici pascha & parasceue paschae: quoniam constat quod tam stricto loquedo, aliud est tempus paschae, & aliud parasceue paschae. Vocauit ergo utrobique pascha solennitatem paschalem, sicut etiam Luc. Act. decimo secundo expressit totam solennitatem paschalem pascha uocat, tractans de Petro occidendo. Erant autem dies azymorum, & subdit, uolens post pascha producere eum. Ad obiectionem nouam ex celebritate festiuitatis illius diei, dicitur quod quia praecipuum de obseruatione illius festi excipiebat ipse cuncta ad preparationem ciborum, quae tamen erant prohibita in sabbatho, colligitur fuisse licita illi die, quae sabbatho non licuissent, nam lex sub una exceptione comprehendit omnia similia. Et propterea ex hoc ipso, quod in diei primo paschae poterant parari necessaria ad cibum, consequens est, quod etiam licita fuerunt omnia quae occurrentes necessitas naturae, & pietatis exigisset, ac per hoc opus sepulturae, maxima pietatis gratia, ut fuit circa Christum, licitum fuit. Actus uero iudiciales cum

Hom. 8. in Mar. paulo a prin. to. 2. Beda Mar. 14. in ca. 41. secundum Bedae ordinem



Homil. 3. in  
Ioa. a medio  
tom. 3.

Li. 3. c. 13. n. 6  
paul a prin.  
tom. 4.

In lib. q. ex  
no. 108. qui  
incipit. Deus  
certe perfe-  
ctus q. 55. in  
prim. to. 4. in  
ter. opera  
August.

eum non sine inter  
opera seruilia, prohi-  
bitos in ueteri lege  
nescio; legimus in  
Petram captum in-  
ter dies azymorum,  
& propter tempus  
illud, in quo tamen  
licebat operari, re-  
seruatus est occisio-  
ni post Pascha. Ve-  
runtamen, quicquid  
fit de hoc, sicut Cai-  
phas prudens est ha-  
bitus, consulendo  
quod expedit unum  
hominem mori pro  
populo facile po-  
tuit dispensare, quia  
periculum erat in mo-  
ra, ut actus iudicia-  
les circa Christum  
licite se exercere cre-  
derent in primo die  
azymorum, praeter-  
itum cum actus hi,  
non ex lege, sed sta-  
tutis eorum, uel con-  
suetudine & reueren-  
tia quam prohibiti  
forte fuerint.

Vnde Chryl. \* ibidem aliam ex-  
positionem ponit, quod Pascha  
potest accipi pro toto festo iu-  
daeorum, quod septem diebus  
agebatur.  
AD SECVNDVM dicendum, qd  
sicut Augu. \* dicit in lib. de conf.  
cuang. hora erat quasi sexta, cum  
traditus est Dominus crucifigen-  
dus a Pilato, ut lo. dicit: no. n. erat  
plene sexta, sed quasi sexta. i. pera-  
cta quinta, & aliquid etiam de sex-  
ta esse coeperat, donec completa  
sexta, Christo pendente in cruce,  
tenebre fierent. Intelligitur autem  
fuisse hora tertia, cum clamaue-  
runt Iudei, ut Dominus crucifi-  
geretur, & ueracissime demon-  
stratur tunc eos crucifixisse, quan-  
do clamauerunt. ergo ne quicquam  
cogitationem tanti criminis auct-  
sus a Iudaeis in milites conuerter-  
ret, erat, inquit, hora tertia, & cruci-  
fixerunt eum, ut illi cum potius  
crucifixisse inueniantur, qui ho-  
ra tertia, ut crucifigeretur, clama-  
uerunt. Quamquam non desunt, qui per parascuee,  
quam Ioan. commemorat, dicens, Erat parascuee  
hora quasi sexta, horam diei tertiam uelint intelligi.  
Parascuee quippe interpretatur praeparatio. Verum  
autem Pascha, quod in passione Domini celebra-  
tur, incepit praeparari ab hora noctis nona, quando  
scilicet omnes principes sacerdotum dixerunt, reus  
est mortis. Ab illa ergo noctis hora, usque ad Chri-  
sti crucifixionem, occurrit hora parascuee, sexta se-  
cundum Ioannem, & hora diei tertia secundum Mar-  
cum: quidam tamen dicunt, quod haec diuersitas  
ex peccato scriptoris apud grecos contingit: nam  
figurae, quibus tria & sex representantur, satis sunt  
propinqua apud eos.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut dicitur in  
lib. de Questionibus ueter. & nou. testamenti, \* tunc  
noluit Dominus passione sua mundum redimere,  
& reformare, quando eum creauerat, id est, in aequi-  
noctio. Et tunc dies super noctem increuit: quia per  
passionem Saluatoris a tenebris ad lucem perducimur.  
Et quia perfecta illuminatio erit in secundo  
aduentu Christi; ideo tempus secundi aduentus a-  
stati comparatur. Matthae. uigesimo quarto, ubi di-  
citur, Cum ramus eius iam tener fuerit & folia  
nata, scitis quia prope est aestas, ita & nos  
cum uideritis haec omnia, scitote quia prope est  
& in ianuis. Et tunc etiam erit maxima Christi e-  
xaltatio.

AD QVARTVM dicendum, quod Christus  
in iuuenili aetate pati uoluit propter tria. Primo  
quidem, ut ex hoc magis suam dilectionem com-  
mendarer, quod uitam suam pro nobis dedit, quan-  
do erat in perfectissimo statu. Secundo, quia non  
conueniebat, ut in eo appareret naturae diminutio,  
sicut nec morbus, ut supra dictum est. Tertio, ut in  
iuuenili aetate moriens & resurgens, futuram re-  
surgentium qualitatem in seipso Christus praemon-  
straret. unde dicitur Ephe. 4. Donec occurramus  
omnes in unitatem fidei & agnitionis filii Dei in ui-  
rum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis  
Christi.

ARTICVLVS XI.  
Vtrum Christus fuerit conuenienti  
loco passus.

AD DECVM sic proceditur.  
Videtur, quod non conueni-  
enti loco Christus passus fue-  
rit: Christus enim passus est secu-  
dum carnem humanam, quae q-  
dem concepta fuit ex uirgine in  
Nazareth, & nata in Bethleem. et  
go uidetur quod non in Hieru-  
salem, sed in Nazareth, uel in Be-  
thleem pati debuerit.

¶ 2 Præ. Veritas debet respon-  
dere figure: sed passio Christi figu-  
ratur per sacrificia ueteris legis:  
sed huiusmodi sacrificia offerebatur  
in templo. ergo uidetur quod  
& Christus in templo pati debue-  
rit, & non extra portam ciuitatis.

¶ 3 Præ. Medicina debet morbo respondere: sed  
passio Christi fuit medicina contra peccatum Adæ.  
Adam autem non fuit sepultus in Hierusalem, sed  
in Hebron: dicitur enim Iosue 14. Nomen Hebron  
antea uocabatur chariatarbe, Adam maximus ibi in  
terra. \* Enachim situs est. ergo uidetur qd Christus in  
Hebron, & non in Hierusalem pati debuerit.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 14. Non  
capit prophetam perire extra Hierusalem: sed Chri-  
stus fuit propheta. Conuenienter ergo passus est in  
Hierusalem.

RESPON. Dicendum, qd sicut dicitur in lib. 83. \*  
Quaestio, omnia propriis locis & temporibus  
gessit Saluator, quia sicut omnia repera sunt in ma-  
nu eius, ita etiam omnia loca: & ideo sicut conueni-  
enti tempore Christus passus est, ita etiam conuenien-  
ti loco.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus  
conuenientissime in Hierusalem passus est. Primo  
quidem, quia Hierusalem erat locus a Deo electus,  
ad sacrificia sibi offerenda: quae quidem figurata sa-  
cificia figurabant Christi passionem, quod est ue-  
rum sacrificium, secundum illud Ephel. 5. Tradidit  
semetipsum hostiam & oblationem in odorem sua  
uitatis. Vnde Beda \* dicit in quadam homilia, quod  
appropinquante hora passionis, Dominus appropin-  
quare uoluit loco passionis, scilicet in Hierusalem,  
quo peruenit ante sex dies paschae, sicut agnus pas-  
chalis ante sex dies paschae, id est, decima luna, secu-  
dum praecceptum legis ad locum immolationis du-  
cebatur.

Secundo, quia uirtus passionis eius ad totum mu-  
dum diffundenda erat, in medio terre habitabilis pa-  
ti uoluit, i. in Hierusalem. uñ dñ in Psal. 73. Deus au-  
tem rex noster, ante secula operatus est salutem in  
medio terre, id est, in Hierusalem, quae dicitur esse  
umbilicus terre. Tertio, quia hoc maxime conuenie-  
bat humilitati eius, ut scilicet sicut turpissimum ge-  
nus mortis elegit, ita etiam ad eius humilitatem per-  
tinuit, quod in loco tam celebri confusionem pati  
non recusauit. unde Leo Papa dicit in quodam ser-  
mone epiphaniae, ¶ Qui serui susceperat formam, Be-  
thleem praeelegit natiuitati, Hierusalem passioni. Quar-  
to, ut ostenderet a principibus populi Iudeorum e-  
xortam esse iniquitatem occidentium ipsum: & i-  
deo in Hierusalem, ubi principes morabantur, uo-  
luit pati. Vnde dicitur Actuum 4. Conuenerunt in  
ista

Super quaestio-  
nem quadragesimae  
articulum decimum.

Titulus clarus.

In corpore  
una conclu-  
sio. Christus in loco  
conuenienti passus  
est. Probat, quia  
omnia propriis locis  
& temporibus gessit,  
quia omnia loca &  
tempora in manu  
eius sunt.

In responsione ad  
secundum & tertium,  
aderte quod ad litem  
Christus passus  
est extra portam in  
loco damnatorum,  
ut mors sua turpior  
redderetur, dum in  
loco publice ignomi-  
nie, ac maxime pau-  
lo passus est.

Medicina debet morbo respondere: sed  
passio Christi fuit medicina contra peccatum Adæ.  
Adam autem non fuit sepultus in Hierusalem, sed  
in Hebron: dicitur enim Iosue 14. Nomen Hebron  
antea uocabatur chariatarbe, Adam maximus ibi in  
terra. \* Enachim situs est. ergo uidetur qd Christus in  
Hebron, & non in Hierusalem pati debuerit.

SED CONTRA est, quod dicitur Luc. 14. Non  
capit prophetam perire extra Hierusalem: sed Chri-  
stus fuit propheta. Conuenienter ergo passus est in  
Hierusalem.

RESPON. Dicendum, qd sicut dicitur in lib. 83. \*  
Quaestio, omnia propriis locis & temporibus  
gessit Saluator, quia sicut omnia repera sunt in ma-  
nu eius, ita etiam omnia loca: & ideo sicut conueni-  
enti tempore Christus passus est, ita etiam conuenien-  
ti loco.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus  
conuenientissime in Hierusalem passus est. Primo  
quidem, quia Hierusalem erat locus a Deo electus,  
ad sacrificia sibi offerenda: quae quidem figurata sa-  
cificia figurabant Christi passionem, quod est ue-  
rum sacrificium, secundum illud Ephel. 5. Tradidit  
semetipsum hostiam & oblationem in odorem sua  
uitatis. Vnde Beda \* dicit in quadam homilia, quod  
appropinquante hora passionis, Dominus appropin-  
quare uoluit loco passionis, scilicet in Hierusalem,  
quo peruenit ante sex dies paschae, sicut agnus pas-  
chalis ante sex dies paschae, id est, decima luna, secu-  
dum praecceptum legis ad locum immolationis du-  
cebatur.

Secundo, quia uirtus passionis eius ad totum mu-  
dum diffundenda erat, in medio terre habitabilis pa-  
ti uoluit, i. in Hierusalem. uñ dñ in Psal. 73. Deus au-  
tem rex noster, ante secula operatus est salutem in  
medio terre, id est, in Hierusalem, quae dicitur esse  
umbilicus terre. Tertio, quia hoc maxime conuenie-  
bat humilitati eius, ut scilicet sicut turpissimum ge-  
nus mortis elegit, ita etiam ad eius humilitatem per-  
tinuit, quod in loco tam celebri confusionem pati  
non recusauit. unde Leo Papa dicit in quodam ser-  
mone epiphaniae, ¶ Qui serui susceperat formam, Be-  
thleem praeelegit natiuitati, Hierusalem passioni. Quar-  
to, ut ostenderet a principibus populi Iudeorum e-  
xortam esse iniquitatem occidentium ipsum: & i-  
deo in Hierusalem, ubi principes morabantur, uo-  
luit pati. Vnde dicitur Actuum 4. Conuenerunt in  
ista



ista ciuitate aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gen- tibus, & populis Israel.

AD SECUNDVM Dicendum, quod Christus non in templo aut in ciuitate, sed extra portam passus est propter tria. Primo quidem, ut ueritas responderet figure, nam uirtus & hircus, qui solennissimo sacri- ficio ad expiationem totius multitudinis offereban- tur: extra castra comburebantur, ut precipitur Leu. 16. Vnde dicitur Heb. 13. Quorum animalium infer- tur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, ho- rum corpora cremantur extra castra, propter quod & Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem popu- lum, extra portam passus est. Secundo, ut per hoc da- ret nobis exemplum ex eundi a mundana conuersa- tione. unde ibidem subditur, Exeamus igitur ad eum extra castra, improprium eius portantes. Tertio, ut Chryso. \* in sermo. de passio. dicit, Noluit Domi- nus pati sub tecto, non in templo iudaico, ne Iudei subtraherent sacrificium salutare, ne putares pro il- la tantum plebe oblatum, & ideo foras ciuitatem, fo- ras muros, ut scias sacrificium esse commune, quod totius terre oblatio, quod communis est purifi- catio.

AD TERTIVM Dicendum, quod, sicut Hieron. \* dicit super Matthaeum, Quidam exposuit caluarie locum in quo sepultus est Adam, & ideo sic appel- latum, quia ibi antiqui hominis sit conditi caput: fauorabilis interpretatio & mulcens aurem populi, nec tamen uera. Extra urbem enim & foras portam loca sunt in quibus truncantur capita damnatorum & caluarie id est, decollatorum (implere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est Iesus, ubi prius era- rat area damnatorum, ut ibi erigerentur uexilla ma- tyrii. Adam uero sepultum iuxta Hebron & Arbee in Iesu filii Naue uolumine legitur.

Magis autem Iesus crucifigendus erat in loco communi damnatorum, quam iuxta sepulchrum Ada, ut ostenderetur quod erex Christi non so- lum erat in remedium contra peccatum persona- le ipsius Ada: sed etiam contra peccatum totius mundi.

ARTICVLVS XI.

Super quest. quadra- gesima sexta arri- cum undecim.

Vtrum conueniens fuerit Christum cum latronibus crucifigi.

TITVLVS clarus. In corpore una distinctio cum duabus conclusionibus. Distinctio est. Alia ratione secundum intentionem Iudeorum, & alia secundum diamam ele- ctionem Christus in- ter latrones crucifi- xus est. Prima con- clusio. Christus cru- cifixus est inter latro- nes secundum inten- tionem Iudeorum, ut crederetur esse prius. hoc est con- uenienter quidem ad responsum, quia medi- um finis malo, sed inconuenienter quantum ad euen-

AD VNDECIMVM sic proce- ditur. Videtur, quod non fue- rit conueniens Christum cum latronibus crucifigi: dicitur enim 2. ad Cor. 5. Quae participatio iusticie cum iniquitate? sed Chri- stus factus est nobis iustitia a Deo, iniquitas autem pertinet ad latro- nes. non ergo fuit conueniens, ut Christus simul cum latronibus crucifigeretur.

¶ 2. Præter Super illud Math. 26. Si oportuerit me mori tecum, non te negabo, dicit Origenes. ¶ Mori cum Iesu pro omnibus moriente, hominum non erat. & Ambro. \* dicit super illud Luc. 22. Paratus sum tecum & in carcerem & in mortem ire: passio, inquit, Domi- ni gentulos hēt, pares non habet. Multo igitur minus conueniens

videtur, quod Christus simul cum latronibus pateretur. ¶ 3. Præter Matth. 27. dicitur, quod latrones qui crucifixi erant cum eo, improperebant ei: sed Luc. 23. dicitur, quod unus eorum, qui crucifixus erat cum Christo, ei dice- bat, Memēto mei Domine, dum ueneris in regnum tuum. ergo ui- detur, quod præter latrones blasphemantes fuerit cum eo cruci- fixus alius non blasphemans. Et sic uidetur inconueniēter ab euā- gelistis narratū, quod Christus fuerit cum latronibus crucifixus.

SED CONTRA est, quod Isa. 53. fuerat prophetatum: Et cum sceleratis reputatus est.

RESPONS. Dicendum, quod Christus inter latrones crucifixus est, alia quidem ratione quantum ad intentionem Iudeorum, alia uero quantum ad Dei ordinationem.

Quantum enim ad intentionem Iudeorum, duos latrones utrumque crucifixerunt, sicut dicit Chry- so. \* ut eorum suspicionis fieret particeps: sed non ita euenit, nam de illis nihil dicitur: huius autem ubi- que crux honoratur: reges diademata deponentes, assumunt crucem in purpulis, in diadematis, in armis, in mensa factata, ubique terrarum crux emi- cat: quantum uero ad Dei ordinationem, Christus cum latronibus crucifixus est: quia ut Hierony. \* di- cit super Matth. sicut pro nobis maledictum crucis factus est Christus, sic pro omnium salute inter no- xios quasi noxius crucifigitur. Secundo, ut dicit Leo \* Papa in sermone de passione, duo latrones u- nus ad dexteram & alius ad sinistram crucifigitur, ut in ipsa patibuli specie monstraretur illa, quae in iu- dicio ipsius, omnium hominum facienda est discre- tio. Et Augustinus ¶ dicit super Ioan. Ipsa crux, si attendas, tribunal fuit: in medio enim iudice con- stituitur, unus qui credidit, liberatus, alius qui insultauit, damnatus est: iam significabat quod facturus est de uiuis & mortuis, alios positurus ad dextram, alios uero ad sinistram. Tertio, secundum Hilariū \* duo latrones leuæ ac dextræ affiguntur, omnem hu- mani generis uniuersitatem uocari ad sacramentum passionis Domini ostendentes: sed quia per diuersi- tatem fidelium ac infidelium, sit omnium secundū dextram sinistramque diuisio, unus ex duobus ad dextram eius situs, fidei iustificatione saluatur. Quar- to, quia ut Beda \* dicit super Mar. latrones, qui cum Domino crucifixi sunt, significant eos, qui sub fide & confessione Christi uel agonem martyrii, uel que- libet arctioris disciplinæ instituta subeunt: sed qui hoc pro æterna gloria gerunt, dextri latronis fide desi- gnantur: qui uero humanæ laudis intuitu, sinistri latronis mentem imitantur & actus.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Christus debitum mortis non habuit, sed mortem uoluntarie subiit, ut sua uirtute uinceret mortem, ita etiam non habuit meritum, ut cum latronibus poneretur, sed uoluit cum iniquis deputari, ut sua uirtute iniquitatem destrueret. Vnde Chryso. ¶ dicit super Ioan. quod latronem in cruce conuertere, & in paradysum inducere, non minus fuit, quam cō- cutere petras.

AD SECUNDVM dicendum, quod non conuenie- bat, ut cum Christo aliquis pateretur ex eadem Tertia S. Thomæ. V 3 cau-

tum: quia oppositum euenit, dum Christi crux adoratur, & ab illorum crucibus sic discernitur, & uere- torum oppositū eue- nit. Putauerunt Iudei confundere crucem Christi cum crucibus impiorum, di simul cum impiis crucifi- xus, sicut alii pertran- sere: sed euenit ut Christi crux fulserit, ita, quod etiam alias memorabiles, quam- uis non uenerabi- les, reddiderit, ut experientia testatur. Secunda conclusio: Christus, secundum Dei ordinationem in- ter latrones conue- nienter crucifixus est. Probat quadrupli- citer. Omnia clara sunt.

Homi. 88. in Mat. aliqua- tum a prin. to. 2.

Mat. 27. sup illud, Vene- runt in locu- qui dicitur Golgotha. tom. 9. In 4. sermo. de passione parā a prin. Aug. tra. 31. in 10. in fin. to. 9.

ca. 33. in Mat. th. ante me.

Cap. 35. in Mar. in c. 44. secundum eius ord. cir ca med. to. 2.

Homi. 48. in Io. nō rec. e- te a prin. to. mo 3.

In ser. quon- dam dicitur, na sic dicit, nobis, ali- quantum a prin. 10. Super illud Matth. 27. & uenerat in locum q dicitur Golgo- thae.

In 10. in fin. to. 9.

Origenes 33 in Mat. post malus inter malos prius. hoc est con- uenienter quidem ad responsum, quia medi- um finis malo, sed inconuenienter quantum ad euen-



Finitis Pri-  
ribus a prin-  
hom. 35. in  
Mart. uame-  
rando, to. 5.  
ll. 3. c. 16. in  
med. to. 4.

Super illud  
Mat. 27. latro-  
nes impropie-  
rabant et, 19.  
mo. 2.

causa. nude Origen. \* ibidem subdit, Omnes fuerat in peccatis, & omnes opus habebant, ut pro eis alius moreretur, non ipsi pro aliis.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut Aug. \* dicit in lib. de consensu euangelistarum, possumus intelligere Mar. posuisse pluralem numerum pro singulari, cum dixit, latrones improperebant ei. Vel potest dici secundum Hiero. \* quod primum uterque blasphemauerit, deinde uisus signis, unus eorum crederet.

¶ Super questionem quadraginta sextam articulum duodecimum.

ARTICVLVS XII.

Utrum passio Christi sit eius diuinitati attribuenda.

4. con. ca. 55.  
qd. 14.

**T**ITULUS querit an sit dicendum, Deus passus est ex eo quod Christus passus est, hoc est enim querere, si passio Christi sit deitati ascribenda. ¶ In corpore una est conclusio. Passio Christi attribueda est supposito diuino non ratione diuina, sed humane nature. Probatur, Vnio nature utriusque facta est in persona, salua utriusque nature proprietate, ergo &c. & confirmatur auctoritate Cyrilli &c.

peccato occisionis Christi, tamquam homicidæ ipsius Dei, quod magnitudo poenæ demonstrat: hoc autem non esset, si passio ad diuinitatem non pertineret, ergo passio Christi ad diuinitatem eius pertinuit.

SED CONTRA est, quod Athanasius dicit in epist. ad Episcerum, \* Natura Deus manens uerbum est impassibile; sed impassibile non potest pati, Passio ergo Christi non pertinebat ad eius diuinitatem.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, \* unio humane nature & diuine facta est in persona & hypostasi & supposito, manente tamen distinctione naturarum, ut scilicet sit eadē persona, & hypostasis, diuina & humane nature, salua tamen utriusque nature proprietate: & ideo, sicut supra dictum est, \* supposito diuina nature attribuenda est passio, non ratione diuina nature, quæ est impassibilis, sed ratione humane nature. Vnde in epistola sinodali Cyrillus dicit, \* Si quis non confiteatur Dei uerbum passum carne, & crucifixum carne, anathema sit. Pertinet ergo passio Christi ad suppositum diuine nature ratione nature impassibilis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Dominus gloriæ dicitur crucifixus, non secundum quod est dominus gloriæ, sed secundum quod erat homo passibilis.

AD SECUNDUM dicendum, quod, sicut dicitur in quodam sermone Ephesini concilii, mors Christi tamquam facta mors Dei, scilicet per unionem in persona, destruxit mortem: quoniam Deus & homo erat qui patiebatur: non enim natura Dei lesa est, sed humana, neque mutatione sua suscepit passiones.

AD III. dicendum, quod sicut subditur ibidem,

non purum hominem crucifixerunt Iudæi, sed Deo intulerunt presumptiones: pone enim principem loqui per uerbum, & hoc formari per literas in charta aliqua, & dirigi ciuitatibus, & aliquis inobediens, chartam distrumpat, ad mortis sententiam deducatur, non tamquam chartam distrumpens, sed tamquam uerbum imperiale distrumpens. non ergo securus sit Iudæus, tamquam purum hominem crucifigens: quod enim uidebat, quasi charta erat: quod autem in ea calabatur, imperiale uerbum erat, nasci ex natura, non prolatum per linguam.

QVAESTIO XLVII.

De causa efficiente passionis Christi.

¶ Super quæst. quadraginta septima articulum primum.

**D**EINDE considerandum est de causa efficiente passionis Christi.

ET CIRCA hoc queruntur sex.

¶ Primo, Utrum Christus fuerit ab aliis occisus, uel a seipso.

¶ Secundo, Ex quo motiui seipsum passioni tradiderit.

¶ Tertio, Utrum pater tradiderit eum ad patiendum.

¶ Quarto, Utrum fuerit conueniens, ut per manus gentium pareretur, uel potius a Iudæis.

¶ Quinto, Utrum occisores eius cognouerint.

¶ Sexto, De peccato eorum qui Christum occiderunt.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum Christus fuerit ab alio occisus, an a seipso.

**A**D PRIMUM sic procedit. Videtur, quod Christus non fuerit ab alio occisus, sed a seipso. Dicit enim ipse Ioannis decimo, Nemo tollit animam meam a me, sed ego pono eam: ille autem dicitur aliquem occidere, qui animam eius tollit. non est ergo Christus ab aliis occisus, sed a seipso.

¶ Preterea. Illi, qui ab aliis occiduntur, paulatim debilitata natura deficiunt, & maxime hoc apparet in crucifixis, ut enim dicit Augustinus \* in quarto de Trinitate longa morte cruciabantur in ligno suspensi. In Christo autem non hoc accidit, nam clamans uoce magna, emisit spiritum, ut dicitur Mat. 27. Non ergo Christus est ab aliis occisus, sed a seipso.

¶ Preterea. Illi, qui ab aliis occiduntur, per uolentiam moriuntur, & ita non uoluntarie, quia uolentiam opponitur uoluntario: sed Augustinus \* dicit in 4. de Trinitate, quod spiritus Christi non deseruit carnem inui-

**T**ITULUS occasionem iumpit ex euangelio, in quo Christus dicit, Nemo tollit animam meam a me. ¶ In corpore articuli una ponitur distinctio bimensuris, iuxta que membra respondetur questionibus conclusionibus cum corollario.

Distinctio est, causa alicuius dupliciter, directe auctore, uel indirecte, scilicet non prohibendo, cui possit.

¶ Prima conclusio Christus fuit ab aliis non a seipso occisus directe. Probatur, quia persecutores eius intulerunt intentione & opere efficiaci illi mortem.

¶ Secunda conclusio est, Christus fuit causa mortis suæ indirecte, scilicet non prohibendo, cum possit.

Probatur hæc ultima particula, in qua tota difficultas consistit, scilicet cum possit. Probatur autem dupliciter. Et ex parte occidentium, quia poterat reprimere, uel in uoluntate uel potestate. Et ex parte anime suæ, quia spiritus eius habebat potestatem conseruandi naturam carnis suæ.

Probatur, quia erat unita uerbo, auctoritate Augustini. Corollarium est: Christus dicitur uoluntarie mortuus.

Probatur, quia non repulit nocentem a corpore anima, sed uoluit corpus succubere.

Circa secundam conclusionem dubium occurrit ex Scot. in tertio sententia. distinctio decimasexta, quæstio. 2. tenente, quod anima Christi

Infra. 60. an. 1. 2. 3. & q. 51. ar. 2. co. 8. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Lib. 1. p. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.